UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Specvlvm Ivris Gvlielmi Dvrandi

**Durantis, Guilelmus**

**Augustae Taurinorum, 1578**

Instrumentorum editione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96857

Visual Library

G. ¶ An delegatio, uel cōmiſſio poſſit probari per teſtes vidēdum poſt principium. G. ¶ Licet quis promittat nō probare ſolutionē, niſi per inſtrumentum, tamē valet probatio ꝑ teſtes, ne veritas occultetur verſ. ſed pone. G. vide ĵ. de renun. & ꝯclu. §. cum autem. in fi. ¶ An valeat pactum, ꝙ credatur ſimplici verbo alicuius? Dic, ꝙ iurare debet: & videtur iuramētū conditionale, ver. quid ſi ibi. G. de hoc in l. ſi de prætor. ſtip. per Dyn. & de iureiur. l. iuſiurandū, qđ ex. per Iac. & de dote præleg. l. Theopompus. per Bar. ibi vide. ¶ Si per ſtatutū debet credi iuramento dñi poſſeſſionis de damno dato, an iſta verba cōprehendant iuſtum poſſeſſorem, qui non eſt dominus proprietatis, vt vſufructuariū, vel bonæ fidei poſſeſſorē? Reſpon. ꝙ ſic, uer. ſed pone: ſtatutum. §. videndum. G. facit, quod no. de ruſtico, ff. de orig. iuris, l. 2. §. j. In contrarium facit: quia illud ſtatutum eſt contra ius commune: ideo ſtricte pro vero domino verba ſunt accipienda: facit ff. de reli. l. j. §. j. Imo nec emphyteuta comprehenditur: quia emphyteuta proprie non dicitur dominus, ut l. cum notiſsimi. §. j. C. de præſc. 30. an. ff. ſi ager. vect. l. j. §. qui in perpetuū. vbi de hoc Arg. contra, ff. de iniur. l. lex Cornelia. § domum. facit ff. de precar. l. & habet. §. j. SOL. Quando fit mentio dominii abſolute, intelligitur de proprietate: ſed quādo per relationem ad aliud, id eſt, ad aliū effectū, tunc aut ille effectus dependet a proprietate, & tunc ſignificat proprietatē, vt qñ concernit totum ius rei ſi autem eſt tale, qđ concernat fructus. tunc ſufficit iuſta poſſeſsio. ff. ad l. Aquil. item Mela. §. pe. & ff. de uſuris. l. qui ſcit. §. fi. & ita intellige hic. Bal. & uide ŝ. de primo & ſecūdo decreto, §. qđ per iuramētū. Bal. ¶ De auctoritate cuiuslibet ſigilli vide plene in ver. x. ꝑliteras. ꝙ no. G. & ꝙ opponātur, ver. illud. G. ¶ Licet in ſententia fiat mentio ꝓcuratoris, non tamen ꝓbatur mandatum, ver. ſed pone: iudex. G. vide l. optimā. C. de ꝯtrahen. & commit. ſtipu. per Cyn. ¶ Acta facta coram iudice, valēt coram arbitro, ver. ſed nunquid omnes. licet nulla lex hoc exprimat. G. ¶ Si quis petit abſolutionem, an videatur confiteri ſe ligatum? ver. ſed nunquid probatur. G. arg. ff. fam. erciſ. l. qui familię. Bal. ¶ Cuilibet perito in arte, eſt credēdum: vnde, an vulnus ſit lethale, vel nō, vel factū cum falcione, vel lapide, vel calce, iudicio medicorum ſtatur, vt fuit in cauſa cuiuſdā homicidii, & fuit corpus exhumatū & oſtenſum medicis, uer. quoq;. G. ¶ Quot ſpecies ſunt ſemiplenæ probationis, vide ibidē ad finē. G. ¶ Probatio, eſt aſſertio veritatis, ſenſatē. & immediate per ſeipſum. ¶ Argumentū eſt aſſertio quędam oriens ex ſenſu alicuius rei facto principali connexo, nō ex ipſo facto immediate: vnde argumentum eſt, ſicut ſyllogiſmus in quo uno preſuppoſito aliud ſequitur: vt vulnerauit, quia habebat gladium euaginatum, ſanguinolentum, in rixa. ¶ Coniectura, eſt aſſertio alicuius circunſtantiæ, quæ non cogit intellectum hominis ad ſic credendum, ſed inducit ad id præſumendum & ſuſpicandum: ut quia viſus eſt ſcholaris in camera cū Berta Vnde Rhethoricus, cuius ſcientia in perſuadendo ꝯſiſtit, frequenter vtitur argumentis ſumptis ab indiciis & coniecturis: & ius ciuile quandoque idem facit. Bal.

## ¶ De Articulorum exhibitione, & teſtium productione, Rubrica.

QVALITER formentur articuli, & qualiter teſtes producantur, & qualiter productioni teſtium renuncietur, plene dictum eſt ŝ. de teſte, §. nunc videndum. & §. fi. & per to. ti. ideoq; hic non ducimus refricandum.

a ## ¶ De inſtrumentorum editione [a]. Rubrica.

### ADDITIO.

a ¶ Pileus nō fecit de inſtrumētis rubricā, ſed in ti. de prob. in fi. de hoc tractauit, & modicū: item in ti. de teſt. ſubſcriptis in inſtrumento. ¶ De Bagaro. idē dico, & ꝙ modicū inſeruit, vbi tract. de teſti. ¶ Tan. par. 3. poſuit rub. de exhi. inſtrumentorū, & ipſorū fide. ¶ Roff. vbi de edictis, ponit rub. de actione in factū, de edendo, vbi de eorū editiōe tractat. ¶ Vber. de Bochar. ij. tractatū inchoat, quē ꝓſequitur de ſcripturis priuatis, & publicis, & de priuilegiis. ¶ Io. de Deo Cauil. lib. v. poſuit rubricam de inſtrumētis & diuerſis ſcripturis publicis, poſtq̃ poſuit de ſcriptura priuata, & de priuileg. & in li. Iudicū, parte vlti. poſuit rubricam de fide inſtr. & ipſorū iuribus, & qñ dicatur authenticū. ¶ Aegid. de ipſorū ꝓductione poſuit rubricā lib. 7. & Alb. Gal. poſuit rub. de fi. inſtr. ¶ Nepos de Mōteal. poſuit ſecundā rubricā ꝯ ſcripturas publicas & priuatas, & ꝯ priuilegia: vide, qđ dicā in §. cōpendioſe. in prin. ¶ Vides, ꝙ hic nouē diuiſiones facit auctor de quibus maiorē numerū facere potuiſſet. Eſt ſciendū, ꝙ Nicolaus Matarelli de hac materia ſummā ꝓlixā formauit, dicēs, circa ſcripturā ꝓbatoriā, quæ dicit Inſtrumentū ſtricto modo ſumptū, ut no. ĵ. §. j. in fi. & ff. e. ti. l. j. diſtinguendū: quæ diſtinctio quia differt a mēbris auctoris, motus ēt, quia in quadā quæſtione, quā circa materiā ipſe & ego conſulere habebamus, Paduæ, ſatis illā reuoluimus, iō hic illā ponā, q̃ breuius potero, proſequēdā. Diſtinguit aūt ſic: Aut dubitat de illa ꝯficienda, & hic prolixus eſt tractatus aut de ipſa ꝯfecta, exhibēda & tradēda: aut de ea vacuata exhibenda & reſtituenda: & quia hæc duo breuius per ipſum expediunt, illa præmittam. Dicit ergo circa hoc ꝑm, iuxta diuerſitatē factorū & ſpecierū diuerſis actionibus ad talia tradēda agendū eſſe, qñq; officio iudicis, quan-
a doq; actione in factum quæ dat ex æquitate, qñq; rei vendicatione, quandoq; actione ex eo ꝯ̃ctu, quandoq; actione mandati: quod dixit apparere ex dicendis ſuper j. mēbro. Circa tertium videndū dixit quādo ſcriptura dicatur vacuata, quod dicit eſſe poſſe diuerſis cauſis. Primo, quando ꝓbatoria ſcriptura eſt inefficax: quia id, ad quod facta fuit, probari non expedit: quia de illo amodo iudicari non debet: uel quia cauſa eſt ſublata. de qua ſperatur litigiū, vel quia nō eſt ſequuta: & ſic recte dicit vacua, vel vacuata. exempla ponit C. de cond. ſine cau. diſſolutæ. & l. fi. de ſol. l. fi. & ad exhib. l. vlt. & hoc mō dicitur etiā teſtamentū vacuatū, quando eſt inefficax, ...ut cū de ap. cog. §. ſiue igitur. Procedit aūt inefficacia, cū id, ꝓpter quod factū fuit inſtrumentum, nec ſecutum eſt, nec ſequi ſperabatur, & tūc per partem, quæ illud dedit, petitur ut reddatur: vel iudicis officio, ſi in iudicio datum eſt: vel ſi extra iudicium, condictione ſine cauſa, C. de ap. ſi qs libellos. & de cond. ſine cā, l. fi. Si vero charta probatoria non eſt producta, vel data, ſed eſt penes illū, qui ſcripſit, petitur vt aboleatur: & id per quācunq; partē, vel per officiū iudicis, ſi illud locū habebat in illa faciēda, vel actione mandati, ſi ad illā faciēdā ꝯpeteret: facit. ff. de accu. l. libellorū. §. fi. & de iud. l. poſt edictū §. j. Eſt ēt inefficax ſcriptura, cum ſolutū fuit id, propter qđ facta erat: & tunc aut eſt penes ſcribentē, aut penes illū, pro quo facta fuit, aut apud tertium: & ſecundo caſu petit debitor illam ſibi dari, per leges prius allegatas, cum cā facta ſit nō cā, & negotiū inter eos geſtū, ff. de cond. ſine cauſ. l. j. Si vero creditori data fuit per ſcribentē, per quā dationē creditor fuit ipſius dominus, & nūc inefficax eſt apud ipſum, nō petit illā debitor per ꝯdictionē ſine cā, cum inter eos nullū negotium geſtum fuerit, vñ naſcat talis ꝯdictio, ſed petet ꝯdictione ex l. diſſolutę. ff. de ꝯd. ex lege vna. Si vero charta eſt penes ſcribentē, creditor ab eo illā petere poterit ac ſi eſſet efficax. & illa habita tenebitur illi, ꝯ quē factū eſt, ut dictū eſt: & poſſet debitor ꝯ creditorē agere, vt ꝯ ſcriptorē agat, ad hæc. ff. de act. emp. & ven. l. Iulianus. & l. qui impleto. §. meſſem. Poſſet tamē ſe ab onere liberare cedendo actionē id petenti, vt in dictis legib. no. per l. quod debetur. ff. de pecu. Vbi authentica ſcriptura eſſet penes debitorem, qui ſoluit, non eſt locus petitioni, cum ſit, vbi eſſe debet, ut in d. l. diſſolutæ. Vbi autē eſſet penes extraneum, ꝯſtat ꝙ per dñm ſcripturæ ꝯueniri poteſt poſſeſſor cōib. actionib. ſ. rei vendicatione, & ad exhibendū: ſi dñs non apparet, conueniri poterit per illum, pro quo facit, actione in factum, ff. ad exhi. l. 3. §. pe. quam habitam tenetur tradere illi contra quem facta eſt vt ŝ.

¶ Circa primā ſpeciem, ſ. ꝯfeſsionis, ſubdiſtinguit ſic: ¶ Primo aut fit talis ſcriptura de actibus iudicialibus, quæ forenſia, vel fori dicuntur: aut de extraiudicialib. ¶ Secūdo, ſi illam facere quis debet ſponte tm̄, an ad id cogi poſsit? ¶ Tertio, ſub qua forma fieri debeat? Quarto an talis ſcriptura cedat chartę, vel non: & per hoc cuius eſſe cēſeatur. ¶ Quinto, quis pretium chartæ & ſcripturæ ſoluere debeat. ¶ Sexto, ſi talis ſcriptura eſt in originali libro, vbi, & per quē cuſtodiri debeat & ſaluari? ¶ Septimo, ſi petit exēplum trāſcriptū, cui, & per quē, & ſub qua forma ſcribi & dari debeat, & quo iure petatur? ¶ Octauo, an talis, ſcriptura tranſcripti cedat chartę, vel non: & per hoc cuius eſſe dicatur? ¶ Nonò, qs ſoluere debeat chartæ pretiū & ſcripturę? ¶ De primo mēbro circa quod etiā proſequit alia mēbra, dicit ſcripturas iudiciales fieri debere per officiales ad illam deputatos lege cōi, vel municipali, uel ꝯſuetudinaria, ſi quę ſit in loco, & non per alios: all. C. de ap. præcipimus. §. in his. & §. huic. vbi de taliū nominib. & in l. fi. e. ti. & de do. l. donatio. Nec mirū, ſi talia, quæ prædixi, dant talia officia, cū per illa dētur etiā iudices ordinarii, de iuriſ. om. iud. l. more. & l. & qa. & quod ibi no. Ad idem extr. de iu. nouit. & de fo. compe. cū ꝯtingat. vbi vere per alterum prædictorum modorum nulli ſunt deputati ad tales ſcripturas: dicit ſeruandum, quod dicit decr. qm̄. de prob. in prin. vt iudex aſſumat tabellionē, ſi haberi pōt: alias duos viros idoneos, ut in decr. qm̄ de prob. & vide, quod ibi no. in 3. glo. & quod ſuper ea ſcripſi. ¶ De ſecundo circa tales ſcripturas iudiciales, dicit, ꝙ ſicut executores coguntur per iudices ſuū officiū fideliter exercere, C. de ſpor. l. 2. ſic & tales officiales officio iudicis, cui ſubſunt, cogūt talia ſcribere, & litigatoribus tradere, ut in præ. c. qm̄. & C. de eden. l. is apud quē. & C. li. xij. de numerar. & actuar. l. exceptores. ¶ De tertio dicit, oīa iudicis auctoritate ſcribenda fideliter, quæ ꝑ iudicē, vel ipſius auctoritate ī ꝓ̃ſentia ipſi⁹ officialis fiūt, apponēdo quę in ſcripturis publicè apponūtur: de quibus ſatis ĵ. §. 2. & patet in præ. dec. qm̄. & de inſcriptione teſtiū. tenet, qđ ibi no. in 3. gl. ¶ Ad quartū reſpondet, ꝙ nullius priuati ſcriptura eſt, ſed eſt publica illius rei publicæ, cuius auctoritate fit, ut in d. l. his apud quē. quæ vocat illa acta publica: & merito, cū per ſeruos publicos facta ſint. Vnde licet alias dicat, ꝙ litera cedat chartæ, Inſt. de rerū diui. §. literę. tamē hoc caſu propter publicæ auctoritatis excellentiā charta cedit ſcripturæ, & efficitur publica ſicut flumio publico cedit alueus, ff. de acqui. rerū do. l. ergo. §. alluuio. Inſt. de rerū diuiſ. §. ꝙ ſi naturali. ff. de reli. l. is qui certum. ¶ Ad quintū reſpōdet, ꝙ tales officiales de ſalariū recipere debent pro labore & pro chartis, & illo debēt eſſe contenti: in auth. vt iudices ſine quoquo ſuf. §. hæc aūt omnino. & ſimile ff. de adm. tu. l. ita tamen. in fi. & ſolutis chartis reſiduum eſt eis quaſi peculium caſtrenſe, de quo C. de inof. teſta. l. fi. ver. de aliis. ibi, de memorialibus, &c. Si autem non habent ſalarium, recipient a litigantibus ſecundū ꝯſuetudinem & ordinationē locorum, ar. C. de ſacroſ. ecc. auth. hoc ius. & de epiſ. & cleri. l. nulli. & C. de epiſc. aud. tā dementis. in fi. Cū enim per leges, quibus ꝯcor. 12. q. 2. charitatē. certis perſonis detur in priuilegium, ꝙ nil ſoluant. ergo eius ꝯ̃rium eſt ius cōmune in aliis, ff. ad munic. l. 1. & tunc ipſi ſcriptores ſoluent chartas: & ſic ſeruatur in illis, quæ remanent penes eos. ſed ſi pars velit illa acta, tunc petunt chartas a parte. ¶ Ad ſextum reſpondet, ꝙ talia acta cuſtodienda ſunt in archiuis publicis, vel chartophylacio: de quo c. diſt. & c. 2. & de prob. c. 1. Apud aliquos vocatur cācellaria & ſolent eſſe officiales ad hoc deputati. C. eo. ti. auth. ad hæc. de app. eos. §. ſuper his. Vbi vero ꝑſonæ, vel loca nō ſunt ad hæc deputata, licet ad certa alia eſſent ordinata, tunc putauit illa cuſtodiri per ſciptores, vel ipſorū hr̄des, uel per illos quibus cōmitterent, ad inſtar argētariorū, ff. de edē. l. prætor. §. vl. & l. ſi quis ex argentariis. § pen. ¶ De ſeptimo credit, ꝙ trāſcriptum dari debeat cuiq; petenti, cū ſit publicum auctoritate, vtilitate & vſu ſuo mō: alle. C. de eden. l. is apud quē. quæ indiſtinctè loquitur, & Inſt. de publi. iud. §. j. & ff. de rerum diui. l. nemo. in fi. & l. riparū. & ne qd in flu. pub. l. 2. §. 1. Excipit, cum petuntur ꝯ fiſcum. ff. de iu. fiſc. in fraudē. §. quoties. & quod ibi not. & de eden. l. ne quiſq;. ſic eſt in fiſco aliud ſpeciale, ꝙ ꝯ ſe pro ipſo tenetur quis edere inſtrumenta, ff. de eden. l. 3. & ſcripſi extr. de prob. c. 1. Ad aliam partē articuli reſpondet, ꝙ ſi acta cuſtodiuntur per officiales ad hoc deputatos, ipſi debent dare tranſcriptum cum ſua inſcriptione, vt in §. quoties. & in auth. ad hæc. C. eo. ti. Vbi vero non ſunt aliq̃ deputati, tunc per confectores ipſorū ſcriptorū, vel alios, qui illa habeant, tranſcribentur cum ſubſcriptione, ſi ſint tabelliones, & ſi habent perſonā publicam: ſi uero ſunt priuati, fiet tranſcriptum auctoritate iudicis, cum

ſides eius ex auctorizatis auctoritate procedat per iura proxime allegata, ut ext.e.ti.c.pe.& vlt.puta, ꝙ anni Domini,& quicquid eſt in originali,ſit tranſcribendum etiam cum nominibus teſtium inſertis. Teſtes autem,qui interſunt tranſcriptioni nõ putat neceſſario inſcribendos,ꝑ leges ꝑdictas, auth.ad hæc & §.quoties. Tutũ tñ eſt illos exprimere, dicens circa vltimũ, ꝙ ſi ꝑdicti hoc ſpõte nõ faciãt,officio iudicis præſidẽtis ad id cogẽdi ſunt, per prædictam auth.ad hæc.& per e. qm̃ ꝯ. extr. de proba. ¶ Ad octauum reſpondet, quod tale tranſcriptum eſt officialis tranſcribentis, tanquam auctoritate publicum, ſed vtilitate priuatum, ſicut & tutela: Inſtit. de auct.tut.§.1.& cedit charta ſcripturę,propter excellentiam publicæ auctoritatis:non econuerſo ad inſtar tabulæ prædictę nõ feruminatorũ. Inſt. de re diui.§.ſi quis in aliena.& ff de rei ven.l.in rem.§. item quęcunque. & per conſequẽs fiet eius,cui per talem officialem tradetur, Inſt. de rer.diui. §.ꝑ traditionẽ. ¶ Ad ultimum huius partis dicit, ꝙ dominus chartæ dẽt habere pretium chartæ à tranſcribente per iura proxime allegata:ipſe vero tranſcribens habebit pretium chartæ & literæ a petente, pro quo trãſcripſit,niſi lege, vel conſuetudine aliud eſſet inductum generaliter,uel circa certas perſonas,ut ſ.ſuper v.articulo.

¶ Secundo ſequit̃ uidere de ſcriptura probatoria extraiudiciali, de qua regula talis datur,ꝙ nulla ſcriptura extraiudicialis probare põt plene, vel ſemiplene,ꝯ alium,quam ꝯ ſcribentem, niſi de ſcribendo illi mandatum ſit,uel ei commiſſum per quæcunque verba ab illis,inter quos fit,uel ab altero illorum.hoc probatur in auth.de tabel.in prin.& §.1.& quod ibi no. & ff.de eden.l.ſi quis.§.pertinere.& l.quædam.in fi. Sic & iudices chartularii non habẽt iuriſdictionẽ,niſi inter volentes,ut no.ff.de iud.l.j.in gl.pe. Scriptura ergo iudicialis naturam iudicii ſequit̃,quod redditur in inuitũ, ff.de ver.obli.inter ſtipulantẽ.§.1. Sic & ſtipulatio naturã eius ſequitur,ſuper quo interponit̃,ff.ſi quis cau.ſi cum §. qui iniuriarum. & de uſur. ſi ſtipulatus.ut leg.no.ca.l.j.§.ſi ſub conditione. Hac regula præmiſſa diſtinguit:aut agitur de ſcriptura fienda per tabellionem,qui habet ad hoc publicum officium:aut de ſcribenda per eum,qui non habet publicũ officiũ, ſed publica auctoritate cõmiſſum,ut ſunt argentarii, vt ff.de eden.l.prętor. §.ſed ſi ſeruus.& l.argentarius.§.j.aut de ſcribẽda per alium priuatum, ut ſunt nummularii,hodie mercatores,& ſimiles. Primo caſu ſex ueniunt ꝯſideranda. ¶ Primum,an tabellio,cui mandatur aliquid ſcribendũ, ad id cogi poſsit inuitus. ¶ Secundo,cuius mandatũ interuenire debet. ¶ Tertio cuius intelligatur ſcheda ſcripta per tabellionem,& cuius intelligatur ſcriptum mundum ex illa. ¶ Quarto cui dari debeat ipſum mundũ. ¶ Quinto,quæ ſunt illa,de quibus tabellio põt ſcripturam probatoriam facere. ¶ Sexto,quid debet interuenire ad hoc,ut id poſsit de iure,ſi vult,& ſi nõ vult,ꝙ cogi poſsit. ¶ Ad primum reſpõdet,ꝙ inuitus cogi poteſt præciſè opportunis remediis,cũ ſit publicũ officium,& publica auctoritate cõmiſſum,ad ſimilitudinẽ iudicis,ff.de iud. de qua re. & C. de aduoc. diuer.iu. ſcimus.& teſtis,C.de teſtib.ſi qñ.& tutoris. Inſti.de ſatiſ.in §. pe. Et ſi non facit,poteſt mandator ꝯdemnari ad intereſſe,ſicut argentarius,ff.de eden. l.ſi quis.§.ex hoc. Dixit tamen hoc intelligendum, cum omnia ꝯcurrunt, quæ ad hoc requiruntur:de quibus in ſexto membro dicetur. ¶ In ſecundo diſtinguũtur tria membra:de quibus tractabitur j.§. poſtquam. in ver. nunquid eſt neceſſarius.ut ibi dicam,in fi. ¶ De tertio, cuius intelligatur ſcheda,& mundum inde ſumptum,de quibus dicitur C. eo. l. contractus. in princ reſpondet,ꝙ ſunt ipſius tabellionis,non eius,cuius fuerunt chartæ,propter publicam auctoritatem, ut ſ.verſ.ad viii. Mundum autem de ſcheda fiet eius,cui tabellio tradet,ut ibi dictum eſt. ¶ De quarto reſpondet ꝙ ſi per ꝯhentes fuit expreſſum,cui dari debeat, illi daretur.ff. de iud. l.ſi conuenerit.alias dabit illi,pro cuius probatione & utilitate factũ eſt.ff. de eden.l.prætor.in princ.& l.ſi quis.§.pertinere.& l.quædam.§.fi. Non datur ergo debitori,pro quo cõmittendo factum eſt inſtrumentum mutui,licet ipſe commiſerit cum creditori mandauerit. In contractu vero locationis,in quo pro utriuſq; vtilitate mandatur fieri ſcriptura, dabitur utrique:quaſi hoc tacite actum haberi debeat pro expreſſo,ff.ſi cert.pet. cum quid. Sed quæritur, quomodo conſtabit de mandato, ꝙ ſit factum, & à quo? Reſpondet,ſi quæſtio eſt inter mandantem fieri,& tabellionẽ, ſuper hoc ſi appareat tabellionem feciſſe ſchedam,cogetur mundum dare petẽti,quaſi præſumatur ab ipſo fuiſſe mandatum,& tali a principio,ar. ff. cõmod.in commodato.§.ſicut.alias probet mandatum,qui id dicit,ff.de probat.ei qui dicit: ¶ De quinto ſe expedit,ꝙ ad eum pertinet ſcribere actus licitos,non illicitos:item actus qui non fiunt extra officium ſuum:ut quia pertinet ad cognitionem iudicis,& iudex non mandat:& de hoc ſ.in fi.ſecundi proximi membri ¶ Subdiuidendo ad ſeptimum reſpondet, ꝙ ad hoc ut tabellio poſsit aliquid authenticum ſcribere, & ſi nollit, poſsit cogi,requiruntur facti commiſsio rei cognitio,iuris permiſsio,teſtium rogatorum præſentia. ¶ De primo dicit requiri mandatum, per quæcunq; fiat verba,ſ. ꝯmitto,delego,iniũgo,mãdo.de hoc remittit in auth.de tabel. §.j.arg.l.man,& de hoc ẽt dictũ eſt ſ. ¶ De ſecundo, quod eſt rei cognitio:ſciendum eſt,ꝙ tabellio id,quod in publicam ſcripturam deducit,non ex narratione teſtium,uel uiſione inſtrumentorum, quia eſt iudicis:ſed ſcire debet per ſe,ſicut teſtis,in auth.de tabel.§.nos autem. ibi, vt habeant, vnde ſciant negotium,& interrogati reſpondere ſciant, C.de teſtibus,l.teſtium.ff.de fid.inſtru.l.ij.in auth.de hære.& Fal.§.ſi uero abſunt.ibi, & vidiſſe,quę tunc agebantur,&c. vnde ipſe propriis auribus audire debet illa, vt per hos duos ſenſus percipiat.& per hoc dicitur j. §. reſtat. circa fi. ſuper ver.ſed quæro,ſub qua. Sed nunquid perſonas,de quibus inſtrumenta facit,cognoſcere debet? Videtur,ꝙ ſic:ſicut & teſtis cognoſcere debet eos de quibus teſtificatur, vt no.ff de teſti.l.3.§.ideoq; diuus.in gl.debet ergo, ad hoc C.de iure delib.l.fi.§.ſin autem dubius.in fi.ibi,qui hæredem cognoſcant.& ibi no. de hoc in glo.nota arg.& auth.hoc eo.ti.§. oportet. ibi, & ſciant eum,&c. In contrarium facit:quia hoc erit quaſi ad nihilum deducere inſtrumenta,ſi fieri non poſſent,niſi de perſonis prius notis:& ſic non facile fiet de mulieribus,de ruſticis & extraneis:quod eſt contra iura volentia probationes ampliari,non reſtringi,in auth.eo.ti.§.& his qui. in fin. Item dato, quod Titius promittens centum Mæuio,qui promittit dicat ſe ſic nominari,non propter id dicitur notarius ſcire nomina,quæ ſic poſſent falſo confingi. Soluit: neceſſe non eſſe, quod notarius illos prius notos habuerit:ſed ſatis eſt quod ipſo tempore illos notos habeat, audiens ipſorum verba,nomina & cognomina: & leges adaptantur ad illa, quæ communius accidunt, non ad illa, quæ raro, ff. de legib.nam ad ea. Nec obſtat,notarium,per ſe ſcire debere, quę ſcribit:quia illud verum de his, quæ ſcriptura probat,ut dictum eſt:ſecus in his, quæ ſcriptura non probat:ſicut hic,quod aliter vocetur Titius Mæuius, ſed probat, quod quidam dicens ſe vocari Titium,promiſit alteri,qui dicebatur Mæuius,ſicut cum ſcribit, quod A. dicens ſe procuratorem B. tale quid fecit, conſtat per id non probari procuratorium,ſed ſolum actum: facit C. de contrahen.& com.ſtip.l.optimam.& de iure delib. cum quis. & Inſt. de leg.1.§.ſi quis in nomine. Teneretur autem pœna falſi ille,qui ſic doloſe nomen mutat,ff.de falſ.l.falſi in prin.& l.qui falſum.& l. Paulus.§.j.nec præiudicaretur notario,niſi probaretur fuiſſe ꝯſcius quod in dubio non præſumitur C. de fal. maiorem.ff.de proba.verius & cum certis caſibus requiratur certa qualitas teſtium,ꝙ ſint locupletes,bonæ famæ & opinionis, & cognoſcentes perſonas de quib.agitur,ut ſ.dictum eſt, ſi notarius aſſereret illos tales, bene debet illos cognoſcere fore tales. Sed ſi hoc in inſtrumento aſſerat,non eſt neceſſe,quod cognoſcat: ſatisfit enim illis legibus, quę requirunt, quod ſint tales,quod non ſciantur eſſe tales,quantũad ſubſtantiam inſtrumenti, de quo quęritur: vnde ſi non erit quęſtio ſuper hoc,non erit neceſſe probari,quod ſciebantur eſſe tales,ſed quod tales erant:& ſufficiet hęc coram iudice fore probata. Bonum eſt in hoc ſtatutum ciuitatis Bonon.quod vult nullum confici inſtrumentum, & damnat confectum, niſi ſaltem vnus ex teſtibus inſcriptis ſe aſſeruit cognoſcere contrahentes, quod in inſtrumento ſcribendum eſt neceſſario. Prædicta in cognitione rerum non ſimpliciter procedunt.nam ſi dicit, depoſuit aurum in maſſa tanti ponderis, vel vas auri,uel librum talem,cum tali apparatu,notarius habet dicere maſſam auri, vt dixerunt,eſſe talis ponderis: & ſic de reliquis. Si uero ſimpliciter dicat maſſam auri,& non ſit aurum, & iuſtus eſt error, puta quia maſſa erat aureata,excuſaretur:quia non erat ipſe ad id iudicandum,nec habebat,nec habere debebat miniſteria ad id parata. ff. de exerci.l.ſi.C.de fal.l.maiorem.& l.nec exemplum.& ff.de fal.l. quid ſi falſum.in fin.alias vbi falſum in his ſcriptum eſſet, præſumeretur contra eum, ar.ff. de act.emp.l.Iulianus.§.item qui furem. ver. quid negauit. ¶ Hic ſubdit, an tabellio requiſitus poſsit facere inſtrumentum de eo, quod diſcernit alio ſenſu,quam viſus,vel auditus? de hoc ſ.remiſi poſt princ. huius membri ad §.j.e.reſtat ſuper ver.ſed quæro,ſub qua.& ſubdit hanc quæſtionem quam ſcripſi ſuper regula, ſemel malus. lib. 6.& per eam ingreditur tertium membrum huius partis,quod eſt iuris permiſsio:dicens officium tabellionis fore circa illa,quæ ſcribuntur extra iudicium, & circa illa, quæ non ſunt a iure prohibita fieri:alleg.C de ſac.ſan. eccl. iubemus. §. his tabellionibus.& de teſt.l.iubemus.in fin.de eunuchis,l.2.& de prohibit. ali. feu.per Fed.imperialem.§.ſcriba & de feu.ali.per Lothar.l.j. §. ſi quis vero. Sicut igitur ad mandatum delinquentis de ipſo actu delicti non debet facere inſtrumentum,quia eſſet delicto fauere & facinus illius approbare:quod facere non debet,ſed potius reſiſtere,C.de appe.l.quoniam iudices.& de decurion.l.omnes iudices.ſic nec ad mandatum paſsi offenſam quia id eſſet cognoſcere de delicto,quod non ad tabellionem, ſed ad iudicem ſpectat:item nec ad omnem iudicem, ſed ad eum qui habet poteſtatem puniendi,ff.de accu.l.nulli.de cuſto.reo.l.diuus.de teſti.l. 3. §. idemq; diuus. C.de fid.inſtr.auth.apud. Dabat ergo duas regulas, affirmatiuam ſ. & negatiuam. ¶ Prima,quod ea quæ a iuris ordinatione ſubſtantiam capiunt,ad officium tabellionis pertinere poſſunt:facit C.de aduo.diuerſ.iu. l.2.de pactis,l.ſeruus tuus. ¶ Secunda,econtra,quod improbata a iure ad ipſius officium ſcribere non pertinent.cum enim ipſe ſit ſeruus publicus. ff.de adopt.l.non aliter.ſic uidetur,ꝙ ſeruus eorum,quæ de iure fiũt, in prohibitis a iure ſe exercere non debet. Si uero de talibus ſit facta ſcriptura per tabellionem,ipſe tenet,ꝙ fidem non faciat, ſicut nec dicta per teſtem extra intentionem.ut no.extr de teſtib.in 1.gloſſ.ff. de peti.hæred.ſi qui libertatem. in fin.& facit.ff.de offic.prçſid.l 3.& C. de teſtam. l. conſulta.& ſi a non com. iu. l. fin. ¶ Demum agreditur quartum incidens ſub ſexto membro huius partis,de teſtium præſentia, dicens, illam neceſſariam ad effectum inſtrumenti extra iudicium facti,ut fidem faciat, in auth. de tabel.in princip.& de fide iſtru.§ ſed & ſi inſtrumenta vtrobique ſit expreſſa mentio de præſentia teſtium. ¶ Dixit autem circa teſtes attendenda duo,ſcilicet quantitatem & qualitatem teſtium:& circa præſentiam alia duo,ſ. qualis præſentia & qualis ſubnotatio. ¶ De primo ſe expedit,ꝙ requiruntur duo,non computato tabellione:plures nõ, niſi ubi ius id ſtatuit ff.de teſti. vbi numerus.ſubdens, quòd vbi certus numerus teſtium requiritur,qui teſtificari debent in iudicio,tabellio computatur in numero, ff. de teſt.l.Domitius. Si vero ſolũ ſubnotantur in inſtrumento, cũ tabellio ſcribens gerat vicem iudicis,nõ computatur in numero, ff. qui teſta. fac. poſſ.hac conſultiſsima.& in auth.de fide inſtr.§.oportet. De qualitate vero teſtium dicit,ſatis eſſe ꝙ non ſunt prohibiti,ff.de teſtib.l.j. §. j. Subdit autem ſe non inuenire prohibitionẽ teſtiũ circa ꝯctus: licet in iudiciariis & teſtamentariis illam inueniat in reſcriptis vtriuſque iuris de teſtibus,& de teſtamentis:& tamen etiam in his diuerſimode,ff.de teſta.l.qui teſtamẽto.§.mulier.& §.per contrarium C.de teſti.l.parentes. & vide ſ. de teſte. §.j.char.pen.ver.item ꝙ eſt mulier. & uer. ſeq. & quod ibi dixi. Dicit autem,quod in iudiciali ſcriptura quando non ſunt neceſſarii teſtes, non eſt curandum quales exhibeantur, C.de dona.l. in donationib. ar. C. comm. de manu.l ij.& de lib.cauſa.l.ſubſcripto. Iudiciarij,æquè pro veritate habenda recipiuntur a iudice,& coguntur,C.de teſti. ſi quando. extr. de teſti.cog.per totum.& interrogati reſpondere debent de cauſa ſcientiæ,& ſecreto deponunt:& ſi iudicis aures offendunt,puniuntur,& torquentur,C. de teſti.l.iuriſiurandi.& l.nullum.& l.ſolam.& de aboli.l fi. Hęc in teſtibus inſtrumentariis ceſſant,inquantum inſtrumẽtarij. Fiunt autem iudiciarij, ſi propter aliquas dubitationes per iudicem teſtificari cogantur:& idẽ in tabellione,in auth.de fid.inſtr.§.ſed & his,qui.& §.ſi uero morian[illegible] ſtamentarii vero ſunt,qui manu publica ſunt in inſtrum[illegible] eod. titu.l. fina. & in iſtis non plus eſt, quam [illegible]

numerus teſtium. Vbi vero teſtamentum non eſt ſcriptum manu publica, ſed ſcriptum & ſigillatum ſecundum l.hac conſultiſsima.& l. hæredes.§.ſi. & §.ſeq.ff.de teſta.quia talis ſcriptura non eſt publica, ſed publicanda, ff. de teſt.l.ſeruus. In publicatione autem ipſi teſtes ſunt loco iudiciorum nõ tñ in totũ,ff.quemad.teſt.aper.l.cum ab initio.cum legibus ſeq. ꝑ quæ dicit patere, teſtamentarios maiorem ſimilitudinem & affinitatem habere cum inſtrumentariis,quã cum iudicialibus:& ſic ipſorũ prohibitio & permiſsio plus eſt regulanda ſecundũ teſtamentarios,quã ſecundum iudiciales.facit.ff.de ſta.ho.l.cũ q̃ritur.& de acqui.rer.do.l.quicquid.§.cũ partes. ad hoc facit.C.de hære t.l.qm̃.in ſi.ibi innuitur,aliquos eſſe poſſe teſtes inſtrumentarios,& teſtamẽtarios,qui nõ poſſunt eſſe iudiciari. Per quæ cõcludit,omnia ſcripta de teſtamentariis in iure procedere in inſtrumentariis:ſaluo quod de muliere dicitur,quæ nõ põt eſſe teſtis in teſtamẽto:quæ tñ poteſt eſſe in codicillis.de quo remiſi ſ̃.uer.de qualitate. Sic ergo,ſecundum eum,poterit eſſe in contractibus. ¶ Circa qualitatem præſentiæ.dicit tria requiri,ſ.ꝙ tabellio & teſtes ſimul audiant,quæ dicũtur per ꝯhentes circa contractum,ut ſtipulationes,& pacta. ¶ Secundo,ꝙ videant quę aguntur.ſ.numerationes & facta. ¶ Tertio ꝙ prædicta non diuiſim,ſed ſimul à tabellione & teſtibus percipiantur probantur prædicta ff. de verb. obl.l.j.in prin. De ſententia,ff.de re iudic.l.de vnoquoq;.de arb.l. diem.§. perinde.& §.coram. In teſtamento C.qui teſta.poſ.l. hac conſultiſsima.§. j.facit ext.de elect.in Geneſi.& c.ſicut eum.lib.6. Talis autem ſubnotatio teſtiũ.ſ.ꝙ ſcribant ipſorũ nomina,requirit in quolibet inſtrumẽto. de hoc j̃.§.2.ver.poſt locũ. Per id aũt,quod dictum eſt de cõmunione teſtiũ,de ipſorum collectiua præſentia.ſatis colligi videtur,illos eſſe rogatos:& ſic cũ tabellio ſcribere poſsit eos debita præſentia affuiſſe, merito præſumimus illos rogatos,uel admonitos:quod eſt idem. Vbi uero ius expreſſe præcipit,teſtes fore rogatos,& caſus uide no.ſ̃.de teſte,§.j.pen.col. uer.item ꝙ non fuit rogatus.& quod ibi ſcripſi,tunc neceſſe eſt id exprimi,ſi ſit diuerſitatis ratio:quia in illis caſibus rogatio teſtiũ eſt de ſolẽnitate, quã lex in illis ſpãliter vult ſeruari,ff.ſi quis.cau.ſed & ſi quis. §.quæſitum. & ſi quis in ius voc.l.j.ad hoc de elect.is q lib.6. In cæteris caſibus ſufficit præſumptio ſcientiæ ipſorum:& ſic procedit,quod p̃miſi. Sed de eo,quod dixi,ꝙ videre debent notarius & teſtes numerationes,eſt dubium,an debeat notarius uidiſſe integram numerationẽ pecuniæ depoſitæ,mutuatæ, ſolutæ, vel reſtitutæ:an ſufficiat vidiſſe principium numerationis,uel partem,eſt dicendum,ꝙ ſi notarius per ſe,uel ſuum miniſtrum, uidit integram numerationem,tunc illam ſecure ſcribere poterit aſſertiue. tantam pecuniam numeratam. Ad id,quod de inſtrumento dixi,facit quod no.ff.de iur.om.iud.l.j. & regula,qui per alium.lib.6. Et tales miniſtri dicuntur annumeratores, in auth.de fid.inſtr.§.in his vero.§. ſi uero neq;. Notarius autem non debet dicere ſimpliciter,pecuniam numeratam, & tantam eſſe: ſed ſcribat partem,uel partes aſſerere pecuniam numeratã,& tantam eſſe. Sic Iudęi dicebãt Pilato,Io.19. Noli ſcribere Rex Iudęorũ:ſed quia dicebat ſe Regem Iudęorum. Hæc ſufficiant pro nunc de primo membro principali,ſ. confeſsionis:tangentur reſidua in proceſſu.

¶ ADDE, dum in hac additione dicitur, ꝙ mulier non poteſt eſſe teſtis in teſtamento,ꝙ tamen põt eſſe in teſtamẽto ad pias cauſas, ut tenet Paul. de Caſt.conſ.264. Poteſt etiam notarius conficere inſtrumentum numerationis,licet pecunia ſit in ſacculo,dummodo partes ita ꝯfiteantur: ita tenet Bal.eius conſ.217.inc.præmiſſo ſtatuto.iii.lib.& hoc per l.ſed & ſi quis ſtipuletur.alias incipit,adhuc intereſt.uer.ſi uero ſimul in ſacculo.ff.de uſu fru.Dicit tamen:ꝙ notarius cautius faceret,ſi uideret actũ numerationis.

DICTO de probatione uiuæ vocis, quæ fit per teſtes, dicendũ eſt de ꝓbatiue mortuæ vocis, q̃ fit ꝑ inſtrã, dicentes, Quid ſit inſtrm̃,& vñ dicat: Qualr̃ publicetur,& fiat:qualiter propria ſcriptura exempletur,publicetur,ſeu reficiatur: Et qualiter aliena,& quid iuris ſit de publicatione,ſeu exemplatione inſtrumentorum: Quando ſint exhibenda inſtrumenta,& qualiter: Quot ſunt eorũ ſpecies: Quibus inſtrumentis fides adhibeatur,& quanta: Quibus modis diuerſę ſcripturæ in iudicio ꝓductæ valeãt impugnari, vel ꝯ eas excipi.

¶ Inſtrumentum quid ſit,& vnde dicatur.

a 1.§. Inſtrumentũ eſt ſcriptura ad aſſertiõem,ſeu probationẽ alicuius rei facta[a].
Vel ſic: Publicum inſtrumentum eſt ſolennis & rite ordinata ſcriptura per authenticæ perſonę manum, publice cauſa memoriæ facta: vt j.§.nunc dicendum.in prin. Dictum eſt autem inſtrumẽtum quia inſtruit: ext.de do.& cont.c.ſi.ſeu documentum,qa docet,ar.xii.q.2.ſi quis de clericis.& C.de edẽ.aut.ſi quis in aliquo. ext.de rebus eccl.non alie.c.ſi quis præsbyterorum.ſeu munimẽtum,quia munit producẽtem ꝯ aduerſariũ.ut ext.de ap.cordi §.
b poſt hoc[b].ext de his quæ fiunt a præl.ſine conſ.c.quanto.§.ſi.&
c de teſt.ad hæc.alias incipit,præſentiũ.§.ſi.[c] Et licet appellatione inſtrumẽtorũ teſtes cõtineantur,& omne id,quod inſtruit iudicẽ, vt ext.de teſt.cog.peruenit.j.& ff.de fide inſt.l.j. tamen Inſtrumẽtum hic proprie dicitur ſcriptura ad memoriam alicuius rei con-
d fecta[d].

ADDITIONES.

a Facta. ¶ Hic ſtricte ſumitur inſtrumentum: large comprehendit teſtes, & quicquid inſtruit cauſam,& iudicem,ut ſequitur: largiſsime cõprehendit utenſilia,per quæ domus,uel fundus inſtruitur,ff.de fundo inſtru.& inſtru. leg.l.inſtrumenta.& l.quæſitum.& per totum,& extr.de homi. ſignificaſti. 2.in fin.

b Poſt hoc. ¶ lib.6.
in parte deciſa: de qua ibi no.in ult.gl.in qua mandabatur, ꝙ comparerent partes certo termino coram papa,cum rationibus uel priuilegiis & munimentis.

d Confecta. ¶ Secundum Tan.vbi ſ̃.& inuenta eſt ad faciliorem probationem,ff.de pig.l.contrahitur.& vide,quæ ſcripſi eo.ti.ſuper rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Publicationem inſtrumenti regulariter facientia,ſunt nouem.*
2 *Inuocatio nominis Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſolet & debet in initio cuiuſlibet inſtrumenti præponi.*
3 *Principio decenti,& Deo amabili exiſtente, omnia recte et competenter geruntur.*
4 *Anni Domini tempore initi contractus concurrentes,vel rei,de qua conficitur inſtrumentum,ſunt in contractu,vel inſtrumento ponendi.*
5 *Indictionis forma in quolibet inſtrumento poſt annos domini apponenda.*
*Indictio quid,& unde dicatur.*
6 *Indictionis annus in inſtrumento apponendæ, quotus ſit, & qualiter ſciri poſſit.*
7 *Dies & menſis,in quo inſtrumentum conficitur,debent in eodem poſt indictionem inſcribi.*
*Calendas quot unuſquiſque habeat menſis.*
*Nonas quot habeat unuſquiſque menſis.*
*Idus quod habeat unuſquiſque menſis.*
8 *Forma,qua nomen Domini papæ in terra ſua,vel Imperatoris in imperio, uel regis in regno,debeat in inſtrumentis apponi.*
9 *Locus,in quo recitatur inſtrumentum,quis,& qualiter eſt in inſtrumento in eodem confecto ponendus.*
10 *Teſtes ſub qua forma debeant in quolibet inſtrumento apponi.*
11 *Nomen tabellionis & prenomen eius debet formaliter in inſtrumento contineri,& cuius auctoritate ſit notarius.*
12 *Sententiam proferens, uel confitens per inſtrumenta, quibus uerbis uti conſueuerit.*
13 *Tabellio ſemper debet in inſtrumento dicere,ſe fuiſſe rogatum alias eo mortuo vel non recordante de rogatione inſtrumenti, non ualet inſtrumentum.*
14 *Tabellio dicitur ſeruus publicus.*
15 *Tabellio debet in inſtrumento ſuum ſignum apponere.*
16 *Publicationes apponi ſolitæ in principio cuiuſlibet inſtrumenti.*
17 *Vtrum inſtrumentum conficiatur in prima,uel tertia perſona,aut per verba de præſenti,ſiue de futuro,non eſt vis.*

¶ Inſtrumentum qualiter publicetur.

2.§ Breuiter commemoremus qualiter inſtrumentum publicetur. ſuper quo ſcire debes,quare dicatur publicum inſtrumentũ: quod dic, ut j̃.§.nunc dicendum. in prin. Item ſcias,quod inſtrumentum publicum duo debet prĩcipaliter continere,ſ.factum, quod dicitur contractus, qa inter partes contrahitur & ordinatur:& etiam publicationes. Circa factum autem huiuſmodi non inſiſtimus.nam ſuper negotiis & cõtractibus inſtrumentorum formas per totum hunc librum inuenies ordinatas,igitur ad præſens circa publicationes noſtra ver-
1 ſatur intentio eorundem. ¶† Sunt autem nouem regulariter,
a quæ faciunt publicationem[a],ſcilicet inuocatio nominis Domini: anni eiuſdem, indictio; dies contractus, nomina Imperatoris, vel Papæ,uel Regis: item locus: teſtes: nomen tabellionis,& eius ſignum & hæc debet hodie quodlibet inſtrumentum publicum per ordinem continere,ut in authent.ut nomẽ Imper.præpon. docum.§.j Col.v & C.de fide inſtr.contractus.& j̃.§ inſtrumentum,ver.item quod non eſt.& ſeq. Alius tamen ordo no. ſecundum Acc.C.lib.x.de tab.l.generali.& de præmiſſis ſingulis aliqua
2 proſequamur † Ante omnia igitur,ſolet inuocatio Domini noſtri IESV Chriſti præmitti,ut in auth.ut nomen Imper.præp.docum.§ ſi qua vero.quod fiet hoc modo:
FORMA In nomine Domini,amen: vt xxiii.diſt.in nomine.ex
b tr.de teſti.in nomine[b].vel,in nomine domini noſtri IESV Chriſti,vt C.de off.præfe.præt.Afri. In nomine domini.vel, in nomine patris & filii & ſpirit9 ſancti, Amen, vt lxxiii.di.in nomine patris.& hæc inuocatio ſemper imponenda eſt in arduis perpetuiſque inſtrumentis: in minoribus autem & intra tempus breuę defecturis,& in publicationibus actorum iudicialium, niſi ſit ſentẽtia diffinitiua,non eſt vis eam omitti,inchoando ſic inſtrumẽtũ, Anno domini, &c. quamuis & in quolibet inſtrumento decens ſit ea poni. Cũcta etenim in nomine Domini faciẽda ſunt, vt 26. q.vlt.

ADDITIONES.

a Publicationem. ¶ Roland.in fin. ſui operis, licet de his omnibus mentionem faciat, ſex tantum dicit ſubſtantialia, ſcilicet ſecundum, 3.4.6.7.& 8.
¶ ADDE, quod in rubrica de no. oper. nuncia. communiter tenetur, & in procemio C. quòd inuocatio Diuini nominis non ſit de ſolennitatę.

b Nomine. ¶ Facit 18.q.2.quam ſit in prin.& de dolo & contu. veritatis. ante fin.

3 q.vlt.non obſeruetis.& q.v.non liceat.¶ † Nam omnia recte &
competenter geruntur,ſi principium ſit decens & amabile Deo
in auth.quomodo opor.epiſ.& cet.cler ad ord.puen. circa prī.
Vbi enim Chriſtus non eſt fundamētum,nullius boni operis ſu-
pereſt ædificium j.q.j.cum Paulus Hinc eſt, ꝙ Imperator in ſui
initio inuocat nomen Chriſti dicens:Deo nobis auxilium præ-
bente,&c.C.de epiſ.& cle.deo nobis.
4 †Subſequenter ponuntur anni Domini concurrentes tempore
initi contractus:uel rei,ſuper qua conficitur inſtrumentū:quod
fit hoc modo.
FORMA. In nomine Domini,amen. Anno a natiuitate eiuſdē
milleſimo cclxxj.vt 23.diſt.in nomine Dñi.in princ.& j §.inſtru
mentum ergo uer item ꝙ non eſt ibi. quod ſi non præcedat in
uocatio nominis Domini,dicatur tamen ſimpliciter, anno Do-
mini milleſimo,&c.& iunge,quod eſt in præ.ver. item ꝙ nō eſt.
Quandoq; vero dicitur, Anno ab incarnatione Domini M.&c.
& hoc ſecundum morem quorundam locorum, in quibus inci-
piunt computare annos Domini ab eius incarnatione,ut in præ.
c.in nomine. Verum ꝙ anni Domini apponuntur, dicunt qui-
dam hoc de conſuetudine ſolum inſolitum, non iure inductum
& tamen ſi non ponantur,nō ualet inſtrumentum,ar.in præ.§.ſi
qomine hoc inducí, prin.ibi,& quot,&c.Sed tu dic, in præ.c.in
nua ueio.& co ti.in
5 ¶†Poſt annos Domini,ſupponenda eſt indictio hoc modo:
¶FORMA. In nomine Domini,amen. Anno a natiuitate eiuſ-
dem M.cclxxj indictione 14.ut probatur in præ. ca. in nomine.
in prin.& præ.uer.item ꝙ non eſt ibi.& C.de Iuſt.cod. confir. in
a fi.ex.de fi.inſtr.inter dilectos §.ſe i ꝯtra [a].in auth. ut nomē Imp.
præpon §.unde ſancimus.Et ut ſcias,quid ſit Indictio no. ꝙ di-
cta eſt ab indicendo,i.præcipiēdo,ſiue iubēdo vñ indictio, i.iuſ
ſio,uel præceptum:ar.16.q.7.inuiores.& C.de ſac. eccle. placet.
Cæſar enim Auguſtus edictum propoſuit, ut deſcriberetur vni-
uerſus orbis,i.vt quilibet æſtimaret bona ſua , deſcribēs orbem
ſub tributo ſibi ſingulis 15 annis red dendo :quod quidē tēpus
diuiſit p tria luſtra:ſiue quinaria, vt ſ.in primo luſtro, ſiue quin-
b quennio [b],ei ferrum pro fabricandis armis erogaretur:in ſecun
do luſtro ſiue quinquennio,argentum pro ſtipendiandis militi-
bus ſolueretur:tertio vero aurum ærario deputandum tribuere
tur,ut neceſsitatis tēpore pro Reipublicæ defenſione expende
c retur:uel,ſecundum alios,ut inde ſimulacra fabricarētur [c]. Sic i-
gitur exactis 15.annis vlterius nō protēdebatur,ſed rurſus à ca-
pite reincipiebatur, ab his tranſcurſis quindecim annorum in-
dictio uocabatur : tantæq; fuit auctoritatis indictio , vt nullus
ſine ea fieret contractus , nec priuilegium nec teſtamentum,
nec alia ſcriptura ſolennis:& etiam hodie eandem obtinet de iu
re auctoritatem,ut in præd.concor.quamuis in hoc ſtemus cō-
ſuetudini regionis,ut extra de fide inſt.cū dilectus.ff.de legib.de
quibus ad fi xj diſt.in his.Sicut ergo olī ultra 15.annos indictio
nō protendebatur,ſic etiam nec hodie:imo omnis indictio, aut
eſt prima,aut ſecūda,aut tertia,aut quarta:& ſic de ſingulis vſq;
ad quintamdecimā incluſiue: vltra autem non proceditur ſed
ad primā iterato reditur:ſicq; perpetuo fiet:&,ut præmiſi, ſpa-
tium ſiue curſus 15. annorū indictio proprie dicitur. Abuſiue
tamen hodie vnuſquiſque annus ipſius quindenæ, Indictio nun
cupatur.nam in primo anno indictiōis dicitur indictio prima,
in ſecundo indictio ſecunda,& ſic de aliis vſq; ad 15.ſed exponi
debet,Indictione prima,id eſt,primo anno indictionis, indictio
ne ſecunda,id eſt,ſecūdo anno indictionis,& ſic de aliis. Eſt igit
Indictio nomen æquiuocum ad tria,videlicet ad ſpaciū 15. an-
norum:ſecundo ad quēlibet illorum 15.annorum.tertio ad tria
6 luſtra in quindena contenta.¶†Cæterum ſi veis ſcire , quotus
ſit annus indictiōis,diuide annos Domini p quindenas, quoties
poteris;quia tot annis indictionis curſus ꝯcluditur , ut præmiſi
& adde tres,quia tot præceſſerāt de indictione,quādo Chriſtus
natus fuit: vel quia præmiſſum edictū Cæſaris tribus annis præ-
ceſsit natiuitatē Chriſti:& quot fuerit ſumma remanens , tāta
erit indictio,ſeu annꝰ indictiōis. Verbi gratia: Pone,ꝙ ſunt anni
Domini M.lix.ecce mille & l.anni ſunt diuiſi recte p quindenas:
ſuperſunt adhuc 9.ad cōplendum dictum numerum:quib adde
tres,ut dixi,& ſic ſunt 12. ergo indictio erit 12.ut probatur in
præ.c.in nomine.in princip.Item hodie ſunt anni Domini mille
cclxxj [illegible] mille ccix.ſunt recte p quindenas diuiſi, ſuperſunt
xj.anni ad præmiſſum numerū complendum : quibus adde tres
& ſiunt 14.ergo indictio eſt 14.Item in anno proximo futuro,
cōputabitur M.cclxxij.ex quibus,ut dixi , mille ducenti lx. ſunt
recte diuiſi,& ſuperſunt xij,quibus iūge tres,& fient xv.ergo in-
dictio erit xv.Item in ſequenti poſtmodū anno, dicetur M.cc-
lxxiii.& indictio erit prima.nā tūc ſuperſunt xiii. quibꝰ adde tres
& ſiunt xvi.Iā ergo alia quindena eſt expleta , & ſupereſt unus
annus:& ſic indictio erit prima:& ſic de aliis. Vnde verſus:

*Si per quindenas Domini diuiſeris annos,*
*His tribus adiunctis,indictio certa notatur.*

¶Præmiſſa aūt vera ſunt,ſecundum eos,qui indictionē mutāt
in natiuitate Domini,ſicut & annum:& bene:quia tunc nouus
Rex,noua lex,& noua ſunt omnia.ar.ext.de cōſtit.tranſlato.&
etiam ſecundum eos qui eam mutant in Calendis Ianuarii,ſicut
& annum.quod non placet:& ēt,ſecundū eos, qui eam mutāt ī
Incarnatiōe Domini,ſ.8.cal. Aprilis,ſicut & annū. Porro quidā
mutant annum 8. Cal.Octobris,ſicut & ante Chriſti aduentum
fiebat. Vnde uerſus:

*Incipit Octobris octauis ille Calendis.*

Vnde hi diſcordāt a primis in ꝯputatione indictionis,ſaltē in tē
pore:quod eſt ab octauo Calendas Octobris , uſq; ad initiū an-
ni ſequētis,ſ.uſq; ad natiuitatē Dñi,ſeu uſque ad Calēdas Ianua
rii,ſeu uſq; ad feſtū incarnationis,licet in reſiduo tpe ꝯcordent.
verbi gratia,cum computamus,anno Dñi M.cclxxi.toto illo an
no ſecundum primos eſt indictio 14. ſecundū illos vero qui eā
mutāt viii.Cal.Octobris,eſt xv.ab eo tpe,quo eā mutāt:& ſic diſ
cordāt ſaltē uſq; ad initiū ſequētis anni,& nō vltra:quia ēt ſm
primos ex tūc erit xv. Si igitur uelis inuenire indictionē, q̄ ē ab
viij Cal.Octobris ſecūdū illos,uſq; ad natiuitatē Dñi,ſiue ad Ca
lēdas Ianuarii ſubſequētis,ſeu, ſecundū alios,uſq; ad feſtū Incar
nationis,iunge annis Domini quatuor,diuidēdo eos, ut dixi,ſic-
que,ſecūdū eos,certa indictio inuenietur.Circa tempus aūt mutā
dæ indictionis,regionis eſt conſuetudo ſeruanda:arg. lxxv.di.vti
nam.12.di.illa.ff.de legib.de quib.ad fi xj.di.in his. qua ꝯſuetudi
ne conſiderata,ſæpe inſtrumenta ꝯcordant. quæ prima facie pp
varietatem indictionis falſa videntur Cōſulo autem , quòd vbi
nulla ſuper hoc eſt conſuetudo,ut omnis ſcrupulus euitetur,in-
d dictio una cum anno mutetur [d].
7 ¶ † Poſt indictionē ſubſequēter ponitur dies [e] menſis, in quo ꝯ-
e ficitur inſtrumentū,ut j §.inſtrumentū ver.item qđ nō eſt ibi.&
j.ver.& no. ꝙ tabellio in fi.Qđ diuerſimode fit.qñque.n. dicitur
ſic:Prima die Maii,ſecūda die intrāte Maio : & ſic de ſingulis vſ-
que ad xvi.incluſiue:elapſis aūt xvj.diebus menſis dicit 15.die ex
eunte Maio:decimaquarta die exeunte Maio:& ſic de ſingulis vſ
que ad penultimā,ī qua dr̄ die penultima Maii,& ultima,dr̄ vlti
ma die Maii:& ſic de ſingulis menſibus 31. diem habentibus ob-
ſeruatur:in his autem,qui 30.dies habent , proceditur eodē mō
a prima die menſis uſque ad xv.diem per hanc dictionē Intrāte:
quibus finitis per alios 15. ſequentes proceditur p dictionē Ex
eunte. nunquam tñ in prima die, menſis ponitur Intrante : nec in
penultimo,uel ultimo,Exeunte.Sic ſeruatur Boñ. ſecundū Ro-
lan. Vt autem ſcias,quot dies quilibet mēſis habeat,nota verſus:

*Iunius, Aprilis, Septemque Nouenque tricenos.*
*Vnum plus reliqui.Februus habet octo vicenos.*
f *Cui,ſi biſſextus fuerit,ſupperadditur vnus* [f].

Quandoque vero dies menſis ponuntur per aſcenſum hoc mō:
Prima

## ADDITIONES.

a Contra. ¶ Ibi,& in l.Codic.quæ præcedit,& in auth.quæ ſequitur in prin.
not.in materia iſta.
b Quinquennio. ¶ Quod facit vnum luſtrum,ff.loca.l.item quæritur.§. qui
impleto.
c Fabricarentur. ¶ De his etiam metallis ſunt tres coronæ, quibus ſucceſ-
ſiue & a diuerſis coronatur Imperator, vt no.in clem.de iur. iu. Romani.
§.porro in j.gl.
ADDITIO. Et an Imperator habeat adminiſtrationem ante corona
tionem,vide late per Oldrad.conſil.180.incip. quæſtio eſt. Et an dicatur
Imperator ante coronationem , & quid ſi in loco debito coronam non
poſsit recipere? vide Io.de Turrecre.in c.j.col.4. ver. ſaluo debito. diſt.
23.vide Bar.in prin.Digeſtorum.in fi.vbi dicit, ꝙ ante coronationem nō
eſt Imperator, ſed rex Romanorum, per text.in c. venerabilem. de elect.
Hen.Ferran.
d Mutetur. ¶ De indictione remiſ.dabo ad duas quæſtiones §. inſtrumentū.
ver.item quòd non eſt.
e Dies. ¶ Hora diei neceſſario ponenda non eſt,niſi in caſu.ff. quod vi , aut
clam.l. aut qui aliter.§.1.Cōtractus autem ſi fieret citra mediam noctem,
attribuitur diei præcedenti.poſt vero attribuitur ſequenti,ff. de fer more
Romano.ext.de off.del.conſuluit. Lex ſuperius allegata ponit caſum in il-
lo,qui ædificare volens,ne dicatur clam ædificaſſe, denunciat hoc ei , quē
ſuſpicatur prohibiturum;quia huius denunciationis debet ſcribi dies &
hora. Veritas habet,ꝙ regulariter inſtrumentum neceſſario non debet ha
bere horam actus,de quo conficitur expreſſam. Tamen quandoque expe-
dit poni horam:ut pone,lata ſententia calendis hora 3. qui appellatur xj.
menſis ante tertiam,faciat illud apponi in inſtrumento:alias oportebit eū
per teſtes probare horam. Omiſsio ergo horæ tunc non vitiat inſtrumen-
tum,ſed agrauat appellantem. Idem dico in omnibus fiendis
num,qui terminus finitur certa parte diei. Idem,quando
ſis vna die ſciri expedit,ꝙ fuit prius:facit de teſtib. e
vide in regula,cum ſint partium.lib.6.
f Vnus. ¶ Et quomodo hoc fuerit neceſſarium,ſ
ſiui.ſuper glo.pen.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Prima die Maii, ſecũda die Maii, & ſic aſcedendo gradatim vſq;
ad penultimam diẽ: in qua & ẽt in. vltima dr̃, ſicut s. & ſic multi
in Romana curia ſeruãt Tertio mõ dr̃ prima die Maii, ſecũda die
Maii, ſine dictione Intrante: & ſic uſque ad medietatem menſis:
poſtmodum vero in ſequentibus diebus dicitur, Exeunte, ut s. &
ſic in regno Siciliæ dicitur obſeruari. Quarto modo ponit dies p
calendas nonas & id⁹. Et nota, ꝙ Ianuarius & Auguſt⁹ & Decem
ber habẽt xix cal. Iuli⁹, October, martius, & maius habẽt xvii. cal.
Iunius, Aprilis, September, & Nouember habent xviii. calẽdas.
Februarius autem habet xvi. calendas. Nonas autem & idus colli
ge per hos verſus:

*Sex Maius nonas, October, Iulius & Mars.*
*Quatuor, at reliqui. tenet Idus quilibet octo.*

& quæ hic deſunt, vide in præd. verſ. item quod non eſt ibi.

8 ¶ † Poſt diem quoq; ponit nomẽ dñi papæ in terra ſua, uel Impe
ratoris, uel Regis in imperio, uel regno eorum hoc modo:
FORMA. Præſidente tali papa, uel imperante tali Imperatore,
vel tali Rege regnante. In curia etiam ponuntur anni, quibus Pa-
pa ſedit hoc mõ: pontificatus dñi Clementis papæ quarti anno
quarto hæc ꝓbantur in aut ut nomẽ Imp. præ. doc. & ĩ præ. ver.
itẽ qđ n̄ ẽ ibi, licet dicat, ꝙ id poni debeat ĩ prĩcipio inſtrumẽti.
9 ¶ † Poſt nomẽ principis eſt ẽt apponẽdus locus in quo recitatur
inſtrumẽtũ, Locus aũt duplex eſt, ſ. ciuitatis uel villę, uel caſtri: &
ẽt locus loci ſpecialis, in quo cõfectũ eſt, qđ fit hoc mõ. Actum
viterbii in domo Ioãnis quondã Gerardi Sanichanioni ſartoris
in camera ſuperiori eiuſdẽ dom⁹, in parochia ſancti Syluestri, vł
ſub portica talis domus: & vide ſuper hoc in præ. ver. item quod
a non eſt ibi: & ſeq [a].
10 ¶ † Poſt locum teſtes ponuntur: & hoc quandoque per nomi-
natiuũ caſum, hoc modo: Interfuerunt P. & M. teſtes ad hoc vo
cati, & rogati. Quandoque per genitiuum, hoc modo: Acta ſunt
hæc in pñtia P. & M. teſtiũ ad hoc vocatorũ & rogatorũ. Qñq; p
ablatiuũ, & hoc modo: p̄ſentibus P. & M teſtib⁹ ad hoc vocatis
b & rogatis [b]. Licet autẽ in quolibet inſtrumento tabelliones ex v-
ſu apponant teſtes fuiſſe vocatos, & rogatos, tamen de iure hoc
non eſt neceſſarium, niſi in quibuſdam caſibus: quod dic, ut s. de
c teſte, § j. prope fi. uer. item quod non fuit rogatus [c].
11 ¶ † Poſt teſtes aũt ponitur nomẽ tabellionis: & dẽt poni nomẽ
& prænomen eius, & cuius auctoritate ſit notarius, hoc modo:
FORMA. Ego Iacobus Tudini, de Podiobonici, ſanctæ Ro-
manæ eccleſię, uel imperiali, vel talis epiſcopi, uel comitis auc-
toritate publicus notarius, his omnibus interfui: & rogatus hæc
ſcripſi. In teſtamentis autem dicitur, Omnia de mandato dicti te
ſtatoris ſcripſi, & in publicam formam redegi. Item in ſententiis
& proceſſibus iudicum, dicet De mandato talis iudicis ſcripſi, &
in publicam formam redegi. & uide j. §. prox. verſ. ſed nunquid.
12 ¶ † Sed in ſententiis & confeſſionibus & huiuſmodi, conſueuit
ſententiam proferens, uel confitens loqui, ut j. e. §. inſtrumentũ.
verſ. item opponitur, quod inſtrumento perdito. hoc modo.
¶ FORMA. Ego talis in tali cauſa, ſic pronuncio, vel ſic ꝯfiteor,
vel dico: & poſt ſubiungit ſic: In cuius rei teſtimonium & memo
riã futurorum hoc præſens publicũ inſtrumentum per talem no
tarium j. ſcriptum fieri iuſſi iũge, ſi vis, & meo ſigillo ſignaui. No
tarius uero poſtmodum ſic ſe ſubſcribat.
ſtit. Quid ſi in primo inſtituit capaces, in ſecundo non? Rn̄.
primum effectum rumpi, quia non capaces de mero iure ſunt
hæredes, licet ab eis, ut ab indignis, hæreditas auferatur, ff. de his,
31 qui. vt ind. cum quidam. ff. de vulg. ſubſt. ex facto. in fi. ¶ † Quid ſi
prius fecit teſtamentum ſolenne, & poſtea aliud facere cępit, ſed
morte præuentus non compleuit? Reſp. primum nō valet, quā-
tum ad legata, & fideicommiſſa: quia ſola voluntate potuit illa
tollere: ſed quantum ad inſtitutionem, bene valet mero iure, ff.
de le. 3. ſi iure facto teſt. cum non denegentur actiones, ſed per
ſententiam denegabuntur, prout notatur ibi, ff. de adimen. lega.
h ex parte [h]. ¶ † Quid ſi aliquis fecit teſtamentum, & ruptum eſt p
mediam

## ADDITIONES.

a L. 2. ¶ Hęc remiſſio fuit Albe. Gal. vbi ſ. gl. ibi ponit opi. Io. ꝙ purè inſtitutus habeat dimidiam: & contrarium Pil. ꝙ interim habeat totum: & has gl. concordat diſtincta forma verborum inſtituentis.

b Sed &. ¶ Reaſſumit verba Vberti.

c Quærebatur. ¶ Secundum Vber. vbi ſ. & hoc cōtinebat ver. cæterum. infra omnia intermedia ponit auctor. ſumpta cauſa ex hoc verſic.

d Secundum. ¶ Iſte ver. & ſequens fuit Alb. Gal. de teſt. poſt principium.

e Moti Legiſtæ. ¶ Hoc tenet Alber. Gal. de teſt. verſic. pone, ꝙ quidam. ibi ſubdebat, ꝙ ſecus de iure Lombar. allegat Lombar. libr. 2. de vltimis uoluntat. l. ſi quis Lōgobardus: ſed, vt dicit, illud locum habet, cum fecit traditionem rerum.

f Et not. ¶ Vide, quod circa id ibi dicam.

g Vt ſ. ¶ Fateor, quòd ſine cauſa contrauenire non licet, & quod id agens periurus eſt: tenet tamen ſecundum, vt plenè ſcripſi in quæſtionē ſuper regula, quod ſemel. de re. iur. lib. 6. ¶ Adde, vt per Old conſ. 127. Abb. conſ. 41. 2. lib. & ver. quid ſi is, Adde, quid econtrà, ſi quis facto teſtamento teneat aliud cum clauſula, Caſſans & irritans: & facit ſecundum, in quo inſtituit mortuum, quem viuere putabat. an primum ſit reuocatum? vide Bal. conſi. 13. 2. lib. o, incipit, quidam Lucas.

h Ex parte. ¶ Si primum teſtamentum teſtator incidit, vel cancellauit, not. C. de teſt. l. pen. ſed ibi plenius per Cyn. qui diſtinguit, aut id fecit, quia voluit decedere inteſtatus, aut quia hæredes reputauit indignos, aut dubitatur: in primis duobus caſibus concordat cum gloſ. in tertio recitat Dy. cōtradicere gloſſ. ibi in l. proximè. ff. de his, quę in teſt. delen. in gl. 2. quæ vtrobique tenet in dubio venire fiſcum, vt leg ita debeantur: ſed quia hoc eſt dicere, ꝙ in dubio hęres præſumatur indignus, ideo Dyn. non placet, qui dicens fiſcum tunc non venire, niſi hæredes ſcripti probentur offendiſſe: ſed reſpondet Acc. quòd tunc ceſſaret hoc tertium membrum: quia non eſſet dubium. Audiui dominum meum ibi tenentem in dubio gloſſam verā, quando non ſunt filij: ſi enim eſſent filij, excluderent fiſcum, vt in prę. l. proximè. ver. ſed in re dubia. & ff. vnde lib. l. ſcripto in fin. Multa membra habet diſtinctio Cy. ibi vide. Plus tamen placet. in caſu dubij ſic diſtinguere, an actus inducens reſciſſionem teſtamenti, reſpiciat vniformiter totum teſtamentum, quo ad inſtitutionem, & legata: vt quia totum incidit, vel totum cancellauit: & tunc ſuccedunt venientes ab inteſtato: vt in præ. l. pen. & ff. ſi tab. teſt. nullæ extab. l. 1. §. penul. Nec dici poteſt propter conſeruationem legatorum locum eſſe fiſco, vt dixit gloſſ. ex quo nec legata debentur. quæ ſolui eſſet contra uoluntatem teſtatoris. Ad primum, ff. de his, quę in teſtamento delen. l. 1. §. ſed conſulto. Ad ſecundum, ff. de dol. exce. apud Celſum. §. præterea. & C. de fideicom. l. fideicommiſſum. Conſtat etiam, facilius adimi legatum, quam inſtitutionem: patet ff. de adi. lega. l. ex parte. Si autem actus reſcindens, ſolum reſpicit inſtitutionem hæredum vnius, uel plurium, vt quia illa ſola cancellauit: patet, quòd noluit in totum decedere inteſtatus. imò voluit legata deberi, ff. de milita. teſtamen. l. tribus. §. j. & ſic non poteſt eſſe locus venientibus ab inteſtato; quia ſic legata non deberentur: cuius contrarium voluit incidens, ſecundum dictum gloſſ. vt ſoluantur legata, veniat fiſcus. Aliquibus videtur, quòd hæredes ab inteſtato adibunt: & nihilominus debebuntur legata ex voluntate teſtatoris: quia reſeruata inſtitutis, aut indignis, & non habentibus extremam voluntatem defuncti, aufertur hæreditas, ff. de vulg. & pup. ſubſt. ex facto. §. Iulius Longinus. Prius dictis obſtat ff. de his, qui. vt indig. l. cum tabulis. §. fi. & de his. quę in teſt. delen. proximè. ibi, ſententia autem Imperatoris, &c. nam. in his erat actus totum teſtamentum concernens: & cum locus eſt fiſco contra id, quod primò dixit, reſpondetur, quòd in nulla illarum legum ſtetit in finibus inciſionis, ſed proceſſit ad alium actum, qui prioris cauſam declarauit, quia ſubduxit nomen hæredis: ex quo actu apparet, quare inciderat, ſcilicet propter odium hæredis, vnius, vel plurium, & non legatariorum: & propter id legata debentur, propter quæ ſoluenda locus eſt fiſco: probatur hęc ratio, ff. de his, quæ in teſt. delen. l. 2. & l. penul. in fin. declarat enim hic actus ſequens præcedentem: ſic ff. de manu. teſt. l. teſtamento ſuo. ſicut & verbum ſequens arctat & declarat præcedens, ff. de verbor. ſignif. l. ſeruus. & l. ſi cum tibi. Adhuc opponitur de l. fina. ff. de his, quæ in teſt. delen. vbi teſtamentum fuit cancellatum: & tamen fiſco, vel hæredibus ab inteſtato non eſt locus, niſi hæredes ab inteſtato probent voluntatem defuncti. Sed ratio ibi eſt: quia non dicitur teſtamentum inciſum, vbi adhuc vnum eſt integrum, & originale, ff. de bo. poſſ. ſecundum tabul. l. 1. §. ſi quis in duobus, & quemad. teſt. aper. l. antep. Sed fuit quæſtio de facto: quidam ſolenniter teſtatus, poſt aliquod tempus vocato quodam ſcriptore, fecit per eum ſcribi, quod tunc voluit, alios inſtituendo hęredes, addendo, minuendo, & in multis alterando, quod prius fecerat: & hæc coram duobus ſine ſcriptore facta ſunt, ordinauitque cum illis, ꝙ illa ſchedula ſcripta daretur certo notario, per quem confici poſſet inſtrumentum, adhibito numero teſtium: antequàm hoc fieret, mortuus eſt: ſecundus hæres ſe oppoſuit primo, allegans iura, quæ dicunt vltimam voluntatem ſeruandam,
quæ

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

quæ ſunt no.de celeb.miſ.cum Marthæ.ver.vel vtamur.allegat ẽt l. diuus Pius ff.de teſta.mil.qui ẽt habetur Inſt.e.tit.§.planè.& de teſta. cum eſſes. & c relatum. Sed fuit ↄ̃rium iudicatum ea ratione,quia illa ſcriptura, dato quòd verè eſſet ſic probata,non fuit teſtamentum,ſed quædam diſpoſitio ad teſtandum.datur ſimile de diffinitiua ſentẽtia,quæ primo ſcribitur, vt de ſcripto feratur:quæ ſcriptura non eſt ſententia,ſed diſpoſitio ad illã, C.de ſent.ex breuic.recit.l.2.de re iudi.c.ult.lib.6.& congruè arguitur de ſententia ad teſtamen tum,quod etiam dicitur ſententia,C.qui teſtam.fac. poſſ.hac conſultiſſima.§.at cum humana facit,ff.de manumiſ.l. ſeruus hac lege.Parauit igitur iſte ſe ad teſtandum,ff.de teſtam.ſi is qui. Illa ergo talis diſpoſitio,etiam ſi Imperator nominatus eſſet in illa, non tolleret primum teſtamentum,C.de teſta.l.nolumus.apertè caſ es diffinit l. ex ea ſcriptura.ff.de teſt.& de leg.3.l.ſideicommiſſa.§.1.ubi patet,& not. ꝙ etiam ſi notarius illa ſcripſiſſet,& non legiſſet,non eſſet teſtamentum.Decret. alle. non obſtat,quia ibi teſtes probant teſtamentum, hic ſolum paramentum ad id.facit ext.de eo,qui mit.in poſ.c.1.& quod ibi no. Item termini quæſtionis ponunt aliud teſtamentum prius ſolenniter factum, de cuius reſcriptione tractatur,quod in illis iuribus non erat:facit.C.de teſta. hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.iuncto §.fi.ipſius legis. Sic etiam reſpondetur ad decret.ut de ſucceſ.ab inteſtato.Adde primò,quantum ad q. Spe. Oldrad. conſi.119.& adde etiam,quid ſi primum teſtamentum fuit ſolenne: ſecundum verò minus ſolenne,ratione præſcriptionis:an primum,quo ad inſtitutionem,mero iure ualidum remaneat:de hoc per Pet. de Anchar. conſi. 143.& 204.ſed illud eſt Ange.quod etiam inter conſilia ipſius inuenies numero 183.ubi pulchrè de ueritate huius uer. quo uerò ad additionem Io. And.eam uide per Oldr.conſi.164.incip.circa materiam.

a mediam[a] capitis diminutionem? puta quia teſtator ſe dedit in
b arrogationem:& poſtea ſui iuris effectus vult, [b] quod valeat te-
ſtamentum,quod prius fecerat?Reſpondeo,valet,quaſi videat
iudicium retrogreſſus,quod ante fecerat,ff.de bo.poſ. ſecũdum
c tabul.l.2. [c]vel fortè illud additum eſt a Compilatoribus noui iu-
d ris,ſm Vber. [d]¶Quid ſi mulier filium vulgò conceptum in mi
nus ſolenni teſtamento inſtituit? vr̃,ꝙ valeat:quia ſemper mater
certa eſt Inſtitut.de ſucce. cog. vulgò. ¶ Quid ſi pater naturalis
in non perfecto teſtamento reliquit vnciam, vel dimidiam? &
vr̃,ꝙ poſſit,C.de confir.tut l.fi.C.de natural.lib.l.2. & l. humani
tatis.¶Quid ſi filius in minus ſolenni teſtamẽto inſtituit patrẽ?
Vr̃ valere,C.de inoff.teſt.nam & ſi.Sed dic ↄ̃ arg.ff.de leg.& ſen.
33 conſ.quod verò.¶†Sed cùm deductio Falcidiæ ceſſet in relictis
ad pias cauſas,vt.C.ad legem Falcid.auth.ſimiliter. & in alijs caſi
bus,qui no.C.eo.ti.l.in teſtamento.& ſecundum Inno.ext. de te-
ſta.cap.tua nobis.nunquid erit idem in Trebellianica? Vr̃ ꝙ nõ,
vt ff.ad leg.Falcid.l.1.§.ad municipum.ſi enim conditor legis de
Trebellianica,ſicut de Falcidia,voluiſſet hoc,& in hac vt in illa,
ſtatuiſſet,vt ext.de deci.ad audientiam.& quod non eſt expreſſè
ſancitum,& c.vt extra,de tranſlat.c.2.§.ſed neque illud. 31.q.1.
ꝙ ſi dormierit ff.de publician.l.de pretio.Arg.ↄ̃ in auth. de eccl.
tit.§.ſi autem hæres.vbi dicitur,omni Falcidia vacante, Trebel-
lianica ſub nomine Falcidiæ continetur,vt not.in Summa Azo.
de hæred.& Falcid.vnde dicendo, Omni Falcidia, nullam exci-
pit.extra,de maio.& obed ſolitæ.prope finem: & vr̃ expreſſum
in d.§.ſi autem hæres.ſi coniungas cum illo §.illum, ſi quis in no-
mine Dei.ibi prçcedentem.vbi dicitur, hæreditatem, vel lega-
tum. Præterea cum non poſſit probabilis ratio diuerſitatis aſſi-
gnari,quare aliud ſit in Falcidia,quam in Trebellianica, idem ius
erit interpretatiuè ſeruandum:nam de ſimilibus idem debet eſ-
ſe iudicium,vt C.ad leg.Falci.l.fi.C.de cadu.tol.l.vnica. §. ſed vt
manifeſtetur ext.de reſcr.inter cæteras.ext.de conſti. tranſlato.
j.q.j.quod quidam.ff.ad leg.Aquil.l.illud. & l. quæſitum, & vr̃
e etiam caſus dec.Ioannes,Frange panem[e].vbi hoc no.& C.de epi
ſcop.& cler.ſi quis ad declinandam.in multis locis & gloſſis eiuſ
dem l.1.& in præd.auth.ſimiliter,per quæ iura fuit pro hac parte
iudicatum:quamuis quidam tunc reſponderint, ꝙ ideo in præd.
decre. Ioannes. & in l.ſi quis ad.non deducitur Trebellianica:
quia non erat ibi,qui eam deducere poſſet: porrò legitima iure
naturæ debita tunc ſemper deducitur,arg extra,de teſta. Raynu
tius & not.in præd.l.ſi quis ad.in prin.& in præd. authen. ſimili-
f ter.quamuis ↄ̃ not.in præd.decret.Ioannes.& malè [f]. ¶ Quid ſi
Deus directè inſtitutus eſt, ſed hæreditas eſt propter legata ex-
hauſta?dic,ꝙ poterit ipſe Deus ſiue executor, deducere quartã
34 Falcidiam,ſiue quiuis alius.¶†Item ſcias quòd de his quæ teſta
tor prçcepit reſtitui de illicitè acquiſitis,nihil eſt diminuendum,
vel deducendum prætextu alicuius impoſitionis poſt obitum te
ſtatoris,vel etiam ante ipſo in lecto ægritudinis iacente, in frau-
dem ſibi factæ,fortè ab aliqua vniuerſitate pro debitis, ſeu qui-
buſcunque negotijs ipſius vniuerſitatis, aut alias iuxta libitum
voluntatis:& contrafacientes per cenſuram eccleſiaſticam com
pelluntur. Hæc leguntur in conſtit. Alex 1111.de teſta.quia nõ-
g nulli [g].¶†Cæterum [h] ſi vtraque ſcriptura eſt codicillus poſſunt
35 omnes valere,ſi ſibi non ſint contrariè prorſus,poteſt enim quis
h plures codicillos facere:nec vnus tollitur per alium,niſi ſint con
trarij:nec eſt neceſſe eos ſignari,vel teſtes ſubſcribere. ff. de iure
codicil.diuus §.codicillos.& C.eo.cum proponas.& Inſti. eo.ti.
ſecus autem in teſtamento:quia per poſterius tollitur prius, vt
dixi.Si verò vna eſt teſtamentum,& alia codicillus, vtraque po
teſt valere,& vtraque etiam deficere,ex eadem cauſa,Inſt.de co
dicil.in fi.ff.de iure codicil.ante tabulas.& l.ab inteſtato. Porrò
volentem vtranque ſcripturam reijcere, cautum eſſe oportet.
nam licet poſterior voluntas ita demum rumpat primam ipſo
iure,ſi fuerit valida & ſolennis,vt ff.de vulg.& pup. ſubſt.ſi quis
enim.in fi. tñ ſæpe ſecunda inualida facit exceptionem obſtare
priori,vt C.de teſt.hac ↄſultiſſima.§ pen.& C.ad Syl. hr̃ditatis.ff.
de acq.hr̃d.l. Cladius.ff.de leg. 3. ſi iure.ff.de adi.leg.ex parte,ff.
de his, quib.vt ĩdig.cũ quidã.ff.ſi tab.teſt.l.j.§.ſi hæres. Põt tñ ex
aduerſo replicari:frater, non competit tibi exceptio. ff.de teſt.
milit l.militis.codicil.ff.de bo.poſ.ſecund. tab.l.penul.§. primo.
36 ¶†Quid ſi duo teſtamenta producuntur, quæ eodem tempore
& die facta eſſe videntur:in vno continetur, quòd A. inſtitutus
i eſt in alio,quòd B?de hoc C.de edic.diui Adri tol.l. edicto[i]. Vt
autem caute prçmiſſas impugnationes euites, ſic forma teſtamẽ
tum:& primò breuem formam teſtamenti ponamus.
k FORMA[k]. A. filius quondam B. per gratiam Ieſu Chriſti ſanus
mente,licet languens corpore,ſuarum rerum & bonorum om-
nium diſpoſitionem per præſens nuncupatiuum teſtamentum ſi
ne ſcriptis hoc modo fecit:In primis quidem de bonis ſuis reli-
quit decem B. pro anima ſua:de quibus dari voluit & mandauit
tantum tali eccleſiæ.Item tali tantum,&c.De reſiduo vero expẽ
di & diſtribui iuſſit hoc modo,&c.& alias,prout vtilius pro ip-
ſius anima commiſſario infraſcripto viſum fuerit expedire:quẽ
quidem commiſſarium ſuum ad prçdicta omnia & ſingula exe-
quenda eſſe voluit T.Præterea de alijs bonis reliquit iure legati
D.eius nepoti tantum.Inſuper C.eius vxori reliquit dotes ſuas,
quæ fuerunt tantum. Item de bonis ſuis reliquit eidem tantum
iure legati In omnibus autem alijs bonis ſuis mobilibus & immo
bilibus,iuribus,& actionibus,tam præſentibus,quàm futuris,H.
eius filium hçredem inſtituit.Et hanc ſuam vltimã, &c.vt in ſe-
quenti forma ad fin.vſque vltimæ voluntatis.
Vt autem in his plenius inſtruaris.formam teſtamenti,conditio-
nes & diſpoſitiones varias teſtatoris continentis ſubijciamus
hoc modo.
¶FORMA.P.per gratiã Ieſu Chriſti ſanus mẽte, licet æger cor-
pore. Vel ſic:Sanus mẽte ac corpore,volẽs peregrinari pro ſuc-
curſu terræ ſanctæ,mare trãſire deſiderãs, dũ in membris vigor
viget corporis,& ratio regit mentem,quam ſiquidem rationem
ſæpe

## ADDITIONES.

a Per mediam. ¶ Exemplum,quod ſequitur,eſt de minima.Inſt.de ca. di.§. minima.

b Vult.¶ Declarando id codicillo,uel literis,dicit tex.ſtatim allegatus:& gl. ibi tenet,ꝙ illæ literæ habere debent quinque teſtes.

c L.2. ¶ Concor.l.qui ex liberis.§.2.& habetur idem Inſtit.quib. mod. teſt. infir.§ alio.& §.ſeq.Item neſcio,quare obſcurius loquutus fuerit auctor, ꝙ̃ tex.illius legis,qui ſic iacet:uoluntas,quæ defecerat,ruſtico redeunte rediiſſe intelligitur: & ſic etiam poſuit Azo in Summa de teſtamen.3.col.uerſi. ſic autem.

d Secundum Vber. ¶ Extra opus in opere enim, de quo in procemio, hoc non dicit.hoc dico,quia laboraui,ſi hoc eius dictum habere potuiſſem: ſcire autem poteris mentem eius dicti per not.C.de inoff.teſt. omnimodo. in fi.2.gl.& ff eo.ti.ſi non mortis.in princ.Quædam enim,quæ de iure Digeſtorum non erant,ſed de iure Codicis, quandoque per ultimos Digeſtorum compoſitores in illis fuerunt inſerta. Vult ergo dicere, quòd cum de iure ciuili teſtamentum tale non ualeret,& ualeret de iure prætorio,illo ponderato ſic ibi addiderunt Compilatores,ſicut de iure repletionis dicunt glo. prædictæ:ſed multum differunt hi caſus,nec inueni in hoc caſu aliquem uſum his uerbis,cum de iure prætorio plenus ſit liber Digeſtorum.

e Panem. ¶ Quam non habçmus;ſed de illa formata fuit dec.ſi pater. de teſtam.lib.6.ubi de hoc in gl.ergo quia.& uide.quod ſuper ea ſcripſi. & quod ſcripſit.Iac.de Bel.in auth.de hære.& Fal.§.ſi uerò expreſſim.
ADDE ultra ea,quæ habentur per Doct.in l.Marcellus. ff. ad Treb. & in d.l.ſi quis ad declinandam.ꝙ cõis opinio eſt illa,ꝙ ceſſat Trebellianica,ſicut Falcidia,ut per Bar.conſ.5.& 58.Bal.conſ.6.& 88.2.libr.& conſ. 69.3. lib.Ang.conſ.41.& conſ,158.Pau.de Caſt.conſ.133.& 182.& 225.& 250. & 217.Abb.conſ 31.2.uol.& 58.1.uol.Ro.conſi.60.& 276.& 85.& 239.& 206.ubi dicit,ꝙ ubi eſſet dubium,an per mortem primi commiſſarij,ꝙ hæreditas eſſet reſtituẽda pio loco,quòd tunc detrahitur Trebellianica: & tamen de relictis ad pias cauſas poſſit detrahi Trebellianica, tenet Oldrad. conſi.248.in fi.

f Et male. ¶ Ignoro,quis ibi hoc notauerit: tamen ſi loquebantur de directa ſubſtitutione facta pupillo,uerum dicebant illo moriente intra pubertatem,ut patet in præ.decre.ſi pater.

g Nonnulli. ¶ Quam hodie non habemus in 6. & ſic nec pro dec. habenda eſt.ut in eius proœ.in fi.

h Cçterum. ¶ Reaſſumit.

i L.edicto. ¶ Vide,quod de hoc ſcripſi de reſcrip.cap.duobus. libr. 6. ſuper 1.gloſ.

k FORMA. ¶ Hæc forma & ſequens cum primo exordio.fuerunt Roland. parte 8.in prin.quædam tamen addit autor.in fi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſępe adeo languor obnubilat, vt non ſolum temporalium rerũ,
verumetiam ſuiipſius cogat ipſa languoris vehemẽtia obliuiſci
conditionis humanæ ineuitabile deſiderans debitum, peruenire
res, & bona ſua, &c. Vel ſic.
¶FORMA. Dum corpus ſanitate viget, mens interiori in ſemet
ipſa collecta pleniori vtitur ratione, quia non cogitur id cogita
re quod dolet. Vnde tunc vltimæ iudicium voluntatis, in quo
tranquillæ mentis rationis vſus exigitur, ſalubrius prouidetur.
Quapropter P. corpore ſanus, ac mente compos, rerum ſuarum
diſpoſitionem per præſens, &c. Vel ſic:
¶FORMA. Suprema hominum iudicia, quibus & animæ ſuffra
gijs, & temporalis curæ patrimonijs poſt vitæ præſentis exitum
prouidetur, etiam languente corpore, dum tamen in mente poſ
ſideatur ratio, legitimè diſponuntur. Hinc eſt, quia A. licet æger
corpore, mentis tamen ſuæ compos, bonorum tamen ſuorum
diſpoſitionem per præſens, &c. Vel ſic:
FORMA. Licet incerta mortis hora ſemper debeat in pruden-
tis animo eſſe ſuſpecta, corporis tamen imminente languore, ip-
ſius plus naturaliter formidatur euentus: idcirco A. æger corpo
re, &c. per præſens nuncupatiuum teſtamentum ſine ſcriptis di-
ſpoſuit in hunc modum: In primis quidem diſpoſuit, voluit &
mandauit, omnia à ſe recepta & habita per vſurariam prauitatẽ
aut rapinam, aut aliam quamcumque illicitam & indebitam ex-
actionem, ſeu retentionem, reſtitui, & ſolui de bonis ſuis, vſque
ad integram ſatisfactionem, illis, à quibus cum apparuerit ha-
buiſſe, pro his ſoluendis & reſtituendis omnia bona ſua obnoxia
& obligata relinquens. Item pro anima ſua, & parentum ſuorũ,
reliquit de bonis ſuis centum libras: de quibus dari præcepit ec
leſiæ parochiali decem libras pro reſtitutione decimarum, & iu
rium ſubtractorum. Item operi talis eccleſiæ quinque ſolidos.
Item cuilibet hoſpitali, & cuilibet loco religioſo ciuitatis quin-
que ſolidos. Item pro ſepultura tantum, &c. Ad hæc omnia &
ſingula exequenda & complenda eſſe voluit, & diſpoſuit cõmiſ
ſarios ſuos, & huius teſtamenti executores, T. & M. eius vxorẽ,
& rectorem talis eccleſiæ, qui pro tempore fuerit, dans eis, &
mãdans, & cuilibet eorum plenam licẽtiam & omnimodam ac
liberam poteſtatem, vt ſine ꝯ dictione hæredis eius, aut alterius
cuiuſcunque perſonæ, poſſit ſua auctoritate, de quibuſcunque
bonis ipſius teſtatoris voluerit auctoritate ſua, accipere, vẽdere,
tradere, alienare & obligare pro prædictis reſtitutionibus facien
dis, & dictis legatis pro anima ſoluendis, & pro prædictis omni-
bus, & ſingulis exequendis, vt dictũ eſt: & ſi contingeret aliquẽ,
vel aliquos dictorum cõmiſſariorũ ſuorũ præmori eidem teſta-
tori, aut mori ante executionem omniũ præmiſſorũ, alij, vel a-
a lius, nihilominus prędicta omnia & ſingula exequantur[a]: vel ſi
voluerint alium eligant loco eius. Liceat quoque eis agere, & fa
cere procuratorem & actorem, qui ꝯ hæredes meos agat, ad om
nia, quæ dicta ſunt, exequenda: & ad pœnam teſtamenti peren-
dam, & damna, & expenſas à meis hæredibus exigendas: & qui-
buſcunque per eos, vel eorum alterum, vt dictum eſt, fuerit aſſi-
gnatum, & obligatum: ego res meas omnes illis ex nunc obligo
iure hypothecę, id eſt, pignoris, vt eas poſſint in iudicio petere &
habere. ex tunc enim mando, & facio, ꝙ ipſi faciendum manda-
bunt: vel dicatur, vt j. § prox. ver. notandum quoq; Item de bo-
nis ſuis reliquit iure legati, tantum. Item tali tm̃. Item M. vxori
ſuæ reliquit dotes ſuas, quæ fuerunt ducentæ libræ: & inſuper le
gauit ſeu reliquit ei de bonis ſuis xx. lib. iure legati, & tota mobi-
lia ſua, ſ. lectos, ſcrinia, & omnes pannos lineos & laneos, quibus
vtetur tempore obitus teſtatoris. Præterea legauit eidẽ, voluitq;
& diſpoſuit, ꝙ ipſa ſit in domo pro hæreditate ſua domina & v-
b ſufructuaria[b], quandiu vixerit, & vidualem & honeſtam vitam
in ipſa domo ſeruauerit, dotes & legatum in iudicio non petie-
rit, & victum & veſtitum habeat honorificè: onera quoque ꝑ-
ſonalia, ſi eam infirmari contingeret, & etiam patrimonialia, q̃
contingerent ſuam dotem pro collationibus, vel aliquibus pu-
blicis muneribus, de mea hæreditate ſoluãtur. Si autem filij mei
ſe de ipſa non bene portarent, & ipſa vellet recedere ab eis, tan-
tum habeat de bonis meis. Si verò aliam vitam elegerit, voluit
eam ſolum habere dotes prædictas & legatum prædictum, ſcili-
cet ipſarum xx. librarum, & mobilia ſ. dicta. Item A. eius filiam
ſibi hæredem inſtituit in centum libras, quas eam hebere voluit,
cum nupſerit, vel religionem intrauerit, & inſuper in decem li-
bras: iubens eam, & volens his eſſe contentam de bonis ſuis. Item
H. filiam ſuã, vel ea præmortua, liberos eius ſuperſtites inſtituit
in eo, quod ſibi, vel pro ea dedit nomine dotis, qñ nupſit. Inſuꝑ
reliquit eidem nomine benedictionis, vel augmenti decẽ libras:
his volens & iubens eam eſſe contentam. Vel ſic: & iubens eam
pro parte & falcidia meorum bonorum eſſe ꝯtentam, arg. C. de
inoff. teſta. auth. non licet. Item dicunt quidam, non ſufficere,
ſi filia inſtituatur in dote. Vnde dicunt ſic eſſe dicendum: Filiam
meam in centum libras, quas habuit in dotem, & inſuper in cen-
tum ſolidos hæredem inſtituo: quia ex quo in aliquo etiam viliſ
ſimo inſtituitur, computabit dotem in legitima, infrà verſic. ſed
ſuper. In omnibus autem alijs bonis ſuis corporalibus & incor-
poralibus, mobilibus, immobilibus, iuribus & actionibus, tam ꝑ-
ſentibus, quàm futuris, G. & C. eius filios ſibi æqualibus portio-
nibus hæredes inſtituit. Quòd ſi cõtigerit ipſum ex dicta M. aut
ex quacunq; alia legitima eius vxore, ex tunc filios habere pue-
nientes in lucem, poſthumos, aut medio tp̄e natos, ſi maſculus
vel maſculi fuerint, ipſum, vel ipſos cum prædictis G. & C. vel al
tero, qui ſuperuixerit, æqualib. portionibus hęredes inſtituit: ſi ãt
fœmina vna, uel plures, ipſam, uel quamlibet earum ſibi in cen-
tum libras Turonenſes hæredem inſtituit. Vel ſic: Et ſi dicta M.
eius uxor, prægnans eſſet, & pareret filium unũ, uel plures poſt-
humos aut medio tempore natos ad lucẽ ꝑuenientes, ſi maſcu-
lus, uel maſculi fuerint, &c. ut iam dixi. Et hoc ultimũ ur̃ locũ ha-
bere ſpecialiter, qñ proximus ſuſpicatur obitus teſtatoris. Si ue-
rò aliqua dictarum filiarum, tam natarum, quàm naſcendarum,
quam etiam poſthumarum aliquando uel intra tale tempus de-
ceſſerint ſine filijs, ſubſtituit ei pupillariter & uulgariter, & ꝑ fi-
deicommiſſum ſuperſtites filios maſculos, uel eorũ filios in ſtir-
pes, & non in capita. Et ſi aliquis filiorum ſuorum maſculorũ, tã
natorum, quàm naſciturorum, uel etiam poſthumorum aliqñ,
uel intra 25. annum ſuę ætatis decederet ſine liberis, uel intra pu
pillarem ætatem, ſubſtituit ei pupillariter & uulgariter, & per fi-
deicommiſſum ſuperſtites filios maſculos, uel eorum filios in-
ſtirpes, & non in capita: ꝙ ſi maſculi, uel eorum filij non fuerint,
alias fœminas, uel eorum filios in ſtirpes, & non in capita. Item ſi
omnes, tam maſculi, quàm fęminæ, non extantibus, uel remanẽ
tibus aliquibus ex eis filijs, deceſſerint, eo caſu iuſſit, & uoluit de
bonis ſuis fieri hoc & hoc. Præterea uoluit & diſpoſuit, ꝙ nõ ob
ſtantibus omnibus præmiſſis ſubſtitutionibus, poſſit quilibet fi-
liorum ſuorum, aut filiarum ſuarum teſtari, ac diſponere de eo,
quod ſibi relictum eſt, aut de eo, quod ad ipſum ſpectabit ex hæ-
reditate prædicta, uſque in quantitatem quinquaginta librarum
in falcidia ſibi debita computandam. Itẽ uoluit, diſpoſuit & mã
dauit, ꝙ prædicti filij ſui maſculi ſimul & cõiter habitent, & ad
diuiſionem non perueniant, uſque quo omnes compleuerint.
25 annum ſuæ ętatis: quod ſi non fecerint, aut ſi quis eorũ alios
ad diuiſionem prouocauerit, uel requiſierit, priuetur: & eum ip-
ſe teſtator priuauit quarta, uel dimidia, uel tanta quantitate ex
ſua parte dictæ hæreditatis: quam dimidiam, uel quãtitatem de-
uolui & peruenire uoluit ad cæteros, uel ad talem eccleſiam. Itẽ
præcepit, quòd turris, uel domus talis à nullo liberorum ſuorũ
poſſit extra familiam alienari eorundem: alioquin ſeruantes uo-
luntatem eius in ſuis partibus partem alienatã uendicent à quo-
libet poſſeſſore. Item uoluit & diſpoſuit, ꝙ dicti eius filij uende-
re non poſſint de bonis immobilibus huius hæreditatis, quouſq;
exegerint 20. annum, uel tale tempus ætatis ſuæ: ꝙ ſi ꝯ fecerint,
uoluit, ꝙ fiat hoc & hoc. Tutores autem filiorum ſuorum, tam
natorum, quàm naſciturorum pupillorum, eſſe uoluit talem &
talem. Quòd ſi euidens neceſſitas, uel utilitas fuerit, cum talium
conſilio propinquorum poſſint de bonis uendere & permutare
ſine decreto, abſoluens eos, & liberans à ratione adminiſtratio-
nis reddenda, & ipſam eis remittens. In fine autem ſic dices. Et
hanc ſuam ultimam uoluntatem eſſe uoluit, quam ualere uoluit
iure teſtamenti: ꝙ ſi iure teſtamenti non ualebit, ualeat ſaltem
iure codicillorum, uel cuiuſlibet alterius ultimæ uoluntatis. Vel
dic, ut ſ. §. prox. uer. item & uide. & ſeq. Et uoluit hoc teſtamen-
tum nuncupatiuum. ſeu hanc ultimam uoluntatem, omnibus a-
lijs eius teſtamentis, uel ultimis uoluntatibus hinc retrò factis ꝑ-
ualere: uel tam factis, quàm faciendis de cætero præualere, &c. ſe
cundum quod in his uerbis diſponet teſtator. Et quicunq; ſuo-
rum hæredum, uel legatariorum & fideicommiſſariorum con-
tra hanc ſuam uoluntatem fecerit, uel eam nõ obſeruauerit, uel
extra iudicium uiolenter, uel in iudicio cõtentioſè inſtiterit, uo-
luit, ꝙ ſit bonorum ſuorum expers: & quicquid illi reliquerit te
neatur per fideicommiſſum reſtituere illi, quem ſua uiolentia,
uel contẽtioſe iudicialiter fatigauerit, ſiue fuerint pauperes, ſiue
alij fatigati: & quilibet legatarius, uel fideicommiſſarius pro pau
peribus habeat actionem, ſi fuerint fatigati. Et ſic patet, ꝙ teſta-
tor põt grauare hr̃des in eo, ꝙ uult, niſi ſolum in debito bonorũ
ſubſidio; & pęnã adijcere, ut ex̃ de teſta. Raynaldus. prope fin &
37 c. Raynutius. prope fi. ¶ † Si autem is, qui aliquem tenetur inſti-
tuere, ex cauſa ingratitudinis illum exhæredare uelit, ita dicet:
FORMA.

ADDITIONES.

a Exequantur. ¶ Quod ſequitur uſque ibi, item de bonis. addidit autor. &
principium non uidetur procedere per ea, quæ ſcripſi de procura. c. 1. §. 1.
ſuper ult. glo. eius, lib. 6. Et hic adde, quod habes in forma, quæ eſt j. §. ꝓxi.
uerſi. notandum, & uide, quod ibi dixi ſuper princ. & in fine ipſius formæ,
& ſuper duobus uer. ſeq.
b Vſufructuaria. ¶ De his uerbis uide, quod no. j. qui fil. ſint leg. §. 1. uer. quid
ſi quis ita dixerit. & ibi dicam, quid, ſi legat lectum fulcitum.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

FORMA.Inſuper H.eius filium,quia manus atroces impiè,in-
iecit in eum,vel mortem ſibi per poculum veneni parauit, om-
nino exhæredauit,& ab omni ſubſtantia & hæreditate ſua con-
ſtituit alienum:B.verò ſibi hæredem inſtituit. Si autem noluit
eũ exhæredare,nec inſtituere,ſed præterire,cauſam tamen inſe-
rendo ſic dicet:Præterea H.filiam ſuam,vel neptem, neque inſti-
tuit,neque exhæredauit:quia cum eam honeſtè maritare voluiſ-
ſet,ipſa luxuriari prælegit:B.verò hæredem inſtituit. Et talis p̃-
teritio à patre, vel a matre, vel ab aliquo aſcendentium, ſiue ex
parte patris,ſiue ex parte matris,cum cauſa facta, pro exhęreda
a tione habetur [a]. Hoc tñ nota ,ꝙ ſi mulier pupillarem facit ſub-
ſtitutionem,vel etiam maſculus,qui non habet liberos in pote-
b ſtate,non valet,ff.de vulga.& pupilla.ſubſti.l.2. [b]ff. de alimen.&
38 cib.lega.l.alimenta.¶†Sed ſuper forma præcedẽti quæritur, an
c pater poſſit filiam in dote hæredem inſtituere[c]? Et vr̃ ꝙ non [d]:
d quia dos eſt proprium patrimonium mulieris, vt. ff.de mino.
e denique.§.ſed vtrum.in fi.[e]& i ſuo patrimonio nemo poteſt in-
ſtitui,Inſtitu.de legat.§.ſed ſcire.Item dos non eſt, nec inuenit ĩ
bonis patris ff.de collat.bonorum,ſi filius.& ff. ad legem Falcid.
pater filiam.& abſceſſit à bonis patris,ff.de collat.bon.l.fi. Reſp.
f dic ꝯ [f]:& ſic de generali cõſuetudine ſeruatur,arg.C. de rei vxo.
actio. l. vnica. §. cautione. verſi. quo à nobis.vbi dicitur, ꝙ dos
poteſt in legitimam imputari,& C.de inof.teſtam. quoniam no
uella:& hoc olim,& etiam hodie.nam quæcunque olim copu-
tabantur,dum tamen aliquid,et iam modicum, relinquatur iure
inſtitutionis,vt in auth.Col.8.vt cum de appe.cognoſc.§.cęterũ
& in nouella,in tit. quæ ſunt iuſtæ cauſæ exhæredationis,§. nn.C.
de inof.teſta.quoniam.Et quod dr̃,ꝙ eſt proprium, intellige ſci
licet & quaſi,vt in præd.l.de rei vxor.actio §. & hic ex rei. vbi
dicit,quaſi proprium.Nam ſi prius pater obierit,reuertetur dos
ad filiam:ꝙ ſi merum patrimonium eſſet,nõ reuerteretur de bo-
nis patris ad eam.& ſic intelligitur in ea.l.§.ad hoc. Item dicitur
quaſi proprium patrimonium, propter id, quod habes eodem
tit.auth.en.ſed quamuis.& ad hoc facit ff.de ſolu qui hominem.
§.& ſi gener.Pater ergo dum viuit,habet dominium dotis:& re-
ctè in ea filiam inſtituit:ſi in ea ſit minus legitima,fiet ſuppletio,
g vt in prædic.auth.ſed quamuis [g]. ¶ Veruntamen præmiſſus or-
do non vbique ſeruatur in teſtamentis. alicubi nanque ſtatim
poſt proœmium ſcribitur hæredis inſtitutio: eo quod ipſa dicit
caput & initium teſtamenti:deinde ad legata, & ſimilia proce-
h ditur.Sed primus modus Bononiæ ſeruatur,& bene [h]:arg. C. de
teſt.ambiguitates.Veruntamen non refert, vtrum primò leget,
39 & poſtea hæres inſtituatur, vt Inſtit. de legat §.ante.¶†Ad hu-
i ius autem materiæ clariorem doctrinam ſcire debes [i],ꝙ teſtamẽ
tum,aliud priuatum,aliud ſolenne,ſcilicet in ſcriptis:item priua
tum aliud fit ſine ſcriptis,aliud ſine aliqua ſcriptura ſub teſtium
præſentia. Teſtamentum priuatum ſine ſcriptis, dr̃ illud, quod
fit ſine ſolennitate à iure inuenta,vt patet in præmiſſis formis:&
tale dr̃ nuncupatiuum,qñ videlicet coram ſeptem teſtibus & ta
bellione teſtator ſuam voluntatem,& hæredis inſtitutionem, &
alia quę in teſtamento ordinantur,nuncupat, ſiue declarat & ex-
primit.ſic ponitur de conſec.diſtin.4.prope fin. nec alia ſolenni-
tas adhibetur,quamuis illa per tabellionem redigantur in ſcrip
tis.Dicitur ergo ſine ſcriptis,id eſt,ſine ſolennitate:Inſtitu. de te
ſta.§.fi.C.eo.hac conſultiſſima §.per nuncupationem. Sine ſcri
ptura autem ſic fit teſtamentum nuncupatiuum. nam ſi tabellio
haberi non poteſt,teſtator vocet teſtes ſeptem in ciuitate: in vil-
la verò quinque,ſi plures nequit habere: & coram eis diſponat
ſuam voluntatem & ordinationem:hæredem nominet & inſti-
tuat,legata exprimat,& illos teſtes roget. hæc probantur C. de
teſta.l.fi.& l.hac conſultiſſima.& l.publicati.Mortuo itaque te-
ſtatore is,qui ex teſtamento ius habet, volens huiuſmodi teſta-
mentum probare,adibit iudicem,& hoc coram eo proponet: ip
ſe verò vocatis hæredibus legatarijs & fideicommiſſarijs, vel
propinquis,qui habent ab inteſtato ſuccedere, ſiue venerint, ſi-
ue non,recipiet teſtes ad notitiam teſtamenti, & ad perpetuam
memoriam:vt extrà de teſtibus.c.ſignificauit. & c. Albericus. &
quilibet teſtis iuratus ſigillatim interrogabitur de nomine, prę-
nomine, ætate,conditione,& mentis ſobrietate teſtatoris:de ver
bis,quibus vſus eſt in teſtando:de hæredis inſtitutione, & de an-
no,die & loco,& de præſentibus,& de alijs.Quo facto dicta eo-
rum coram iudice,& alijs ſeptem teſtibus prædictis ad hoc vo-
catis,qui ius habebunt,recitabuntur, & ſententialiter pronun-
ciabitur eaque ex tunc pro plena ipſius teſtamenti probatione
haberi:notarius aũt in mẽbrana,appoſitis annis Dñi, & cæteris
publicationibus,atteſtationes ipſas,item iudicis pronunciatio-
nẽ,& pręſentiã vel citationẽ prædictorũ ordinatè ſcribet: & de-
mum ſupponet illorũ ſeptẽ teſtium nomina recitationi & pro-
nunciationi iudicis adhibitorum, & hæc omnia in publicam &
k authenticam rediget formam [k]. Veruntamen,ſecundum M.de
Fa.vocatis præmiſſis,& etiã eis,qui fortè in alio teſtamento inſti
tuti dñr, ante hmõi pronũciationẽ iudex faciet teſtes receptos
publicari hoc modo:Dicet.n.notarius:Anno,mẽſe, die talibus,
tales coram tali iudice propoſuerũt, ſe velle probare per teſtes
ad æternam

ADDITIONES.

a Habetur. ¶ Secus,ſi ſimplici præteritione:diſputauit Dyn.quæſtionem,q̃ incipit,pater fecit teſtamentum,quærens, ſi pater extraneum teſtamento hæredem inſtituit,& filium exhæredauit,expreſſa legitima cauſa:ſecundò fecit aliud teſtamentum,in quo alium hæredem inſtituit, & filium præterijt,& teſtamentum primum confirmauit:an exhæredatio habeat effectũ? Pro ſolutione duo pręmittit. Primum, quòd ad hoc,vt ſecundum teſtamentum tollat primum,oportet ſic valere,quòd ex eo de iure ciuili hæreditas poſſit adiri: nec ſufficit, quòd ex eo peti poſſit ſecundum tabulas, & non adiri.De ciuili remittit ad notata.ff.de iniuſt.rup. & irrit.teſtamento l.cum in ſecundo.& de vulga.& pup.ſubſtit.ſi quis eum.§.fina.declarat, ꝙ,vt ſecundum rumpat primum,oportet quòd ex ſecundo quis poſſit eſſe hæres aliquo caſu,ff.de iniuſt.rup.l.1.Inſt.quib.mod.teſta.infir.§.poſteriore,Sed ſuccedens iure prætorio,non eſt hæres,licet ſit loco hæredis, Inſtitut.de bo.poſſ.§.quos autem.ergo ſequitur,ꝙ prædixi. Secundum euidentiale eſt,ꝙ teſtamentum,in quo præteritur filius exiſtens in poteſtate, ipſo iure eſt nullum,ff.de iniuſt.rup.l. 1. licet ſi deſiſtat petere declarari illud nullum,confirmetur de æquitate prætoria,eod.tit.l.filio præterito. Emancipatus autem non poteſt dicere illud nullum iure veteri,vel nouo,ff. de liber.& poſthu.l.Gallus.§.in omnibus.& not.C.vnde legi.l.fin. in mag. gl.& de liber.præter.l.fi.Licet enim per auth.de hæred.ab inteſtato. §.nulla verò.ſit ſublata differentia emancipationis & patriæ poteſtatis in ſucceſſione ab inteſtato, tamen in iure expugnandi teſtamentum adhuc hodie remanet:quia ſuus dicit nullum, emancipatus verò rumpit per Contra tabulas,vt not,C.de colla.ſi emancipati.& de liber. præter. authentic. ex cauſa. & in l. Gallus. §. & quid ſi. Per hoc ſoluit,quòd exhæredatio habet effectum,ſi pater erat miles,qui condidit teſtamentum, cùm tũc vtrũque teſtamentum valeat iure directo,ff.de teſtamen. milit. l. quærebatur,ſi non erat miles,ſecundum teſtamentum ipſo iure non valet de iure ciuili,ſi filius erat in poteſtate.& ſic exhæredatio habet effectum,ff.de libe. & poſthum.l.ſi filius.& præ.l.ſi eum.§.vlt.ff.de vulg.& pup. Si verò erat emancipatus,ſecundum teſtamentum tenet de iure ciuili, & poteſt ex eo hæreditas adiri,de bono.poſſeſ.contra tabul.l.illud.in princip. & ſic tollitur primum per ſecundum,& ſecundum poterit tolli per Contra tabulas, & conſequenter exhæredatio carebit effectu.habetur ſimile ff.de iniuſt. rupt.l.3. §.ſed & ſi ſit ante.

b L.2. ¶ Ibi not.& alia quatuor,quæ requiruntur in illa, quæ etiam ſcripſi in decre.Ray.ſuper 3.gl.

c Inſtituere. ¶ Scire debes,quòd eadem ratio formatur de emancipato, quem pater inſtituit in parte,quam ſibi dederat tempore emancipationis alio fratre vniuerſaliter inſtituto:an ſcilicet ſe poſſit dicere præteritum? Inducuntur prò,quæ ſtatim allegantur.nam illa tunc data, ſtatim fuerunt filij,C.de bonis,quæ lib.l.fi.§.cùm autem.& de dona. l. ſiue emancipatis. & in eo,quod erat proprium,inſtitui non potuit,nec etiam illud legari, C. de legat.l.proprias.Item certum,quòd inſtitutus in certis rebus alio vniuerſaliter inſtituto,habetur loco legatarij,C.de hęred.inſtituen.l.quoties etiam ſi ſit filius:licet in ipſo tantum valeat verbum Lego, quantum Inſtituo,in auth. vt cùm de appe.cognoſ.§.cæterum ſi qui. Sed in effectu legatarius eſt in his coniunctis,quod inſtitutus in proprijs.& quod habeatur loco legatarij,& quod proprium legari nõ potuit,& legatum valet. Non ergo ſibi,vt præterito competeret Contra tabulas. C. de inoff. teſtam.quoniam nuper.quia non refert,quid non factum,vel minus legitimè factum, vel minus legitimè factum,ff.qui ſatiſda.cogan.l.quoties. & facit prima opinio hic de dote.Richar.Malum.in q.quidam habens duos.placet contrarium ſub dubio fortè:vt ſic nec poſſit dicere teſtamentum nullum, & hoc eſt certum:nec rumpere per Contra tabulas:ſed ſi habet ſuam legitimam, ſit illa contentus:aliàs agat ad ſupplementum:& prout infrà. de dotę dicitur,ſic dico de facto ſeruari in iſto etiam caſu.datur autem in vtroque conſilium, quod etiam de facto ſeruatur, quod inſtituat etiam in aliquo modico vltra illa:& ſi ſtatuta ciuitatum non impedirent,ſic ageret filia dotata ad ſupplementum,ſicut emancipatus.

d Quod non. ¶ Hoc placuit Azon.in Summa de libe.præter.§.item debet fieri.Et hanc ſequebatur dominus meus in quæſtione,de qua ſubmittam.

e In fi. ¶ Vbi hæc materia.

f Contra. ¶ Hæc fuit opi.Ioan.& placet Accur.vbi ſ.

g Quamuis. ¶ Sed incidit alia quæſtio,quam diſputauit dominus meus in legibus:an pater,qui ſimpliciter dedit dote pro filia, ſimpliciter, id eſt, non ſtipulatus illam reddi ſibi,ſi inſtituat illam in dote, & rebus alijs, poſſit illi ſubſtituere in dote?& tenuit,ꝙ in dote per fideicommiſſum ſubſtituere non poſſit poſt tempora pubertatis:nec ſequitur,ſi poteſt inſtitui,ergo & ſibi ſubſtitui.Hoc patet in debito iure naturæ,C.de inoff. teſta. quoniam. 2. Dyn.in l.à filia petijt.ff.ad Treb.tenet,ꝙ ſi pater ſubſtituit vulgariter, tenet ſubſtitutio.cùm in poteſtate ſit filiæ adire,vel non adire,ff.de hęr. inſti. l.iam dubitari.ſi ſubſtituit per fideicommiſſum, & filia habet vltra debitũ bonorum ſubſidium,tenet in eo,quod plus eſt,ff.de leg.2.l.fi.§.filiæ. ſi non habet vltra,non tenet,per pręd.l.quoniam.hoc dictum Dy. poſuit Cy. C. de rei vxor.actio.l.vna.§.videamus.Per hæc verba non ſoluitur quæſtio, quando dos excederet legitimam, cum quæſtio formetur de inſtantia in dote,& rebus alijs:niſi intelligerent etiam in illo exceſſu ſubſtitutionem tenere:quod non placet,ſaltem in patre non ſtipulato. Adde per Bal. conſi. 64. 3.li.& ibi,quid ſi ex forma ſtatuti dos fieret lucro mariti,an in eo,quod excedit legitimam, defalcabitur fideicommiſſum vigore ſtatuti.

h Et bene. ¶ Secundum Roland.cuius fuit iſte verſic.

i Scire debes. ¶ Secundum Rolan.vbi ſuprà:autor autem addit iura.

k Formam. ¶ Secundum Roland.qui hoc continuat verſiculo.infra vltimo.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ad æternam rei memoriam teſtamentum talis. Qui iudex voca-
tis talibus,vel faciens publice præconizari: ſi quis contradicere
vellet:tandem quia nullus apparuit, vel quia nihil rationabile
oppoſitum fuit,interlocutus eſt teſtes debere admitti. & mihi
notario iniunxit,ut eorum dicta redigerem in ſcriptis. Talis er
go teſtis iuratus:ſic dixit;& talis ſic: in fine uero dicet, Lecti &
publicati ſunt teſtes iſti ad æternam rei memoriam,auctoritate
& mandato talis iudicis,in tali curia,præſentibus talibus produ
ctoribus,&talibus eorum aduerſariis,& in præſentia talium te
ſtium,ſub anno Domini,&c.Ego talis ſcripſi & publicaui:& vi-
40 de ſupra §.oſtenſo.uerſi.qualiter. ¶†Teſtamentum vero ſolen
ne,ſcilicet in ſcriptis, licet in continentia, & tenore & ceteris
omnibus,quæ in diſpoſitione propriarum,ſiue de iuris ſolenni
tate,ſiue de teſtatoris voluntate neceſſaria ſunt,parificetur,& ſi
mile ſit nuncupatiuo teſtamento,tamen in ſolennitatibus,& in
forma magna eſt differentia inter ea, ex quibus ſubſtantiam &
efficaciam ſumit teſtamentum in ſcriptis: de quibus, & de e-
a ius forma dicamus [a].
¶FORMA. Volens igitur ordinationem ſuam forte fore ſecre
tam,& tutam,ſi literatus eſt, ipſemet ſcribat teſtamentum, vel
etiam per alium ſcribi faciat in membrana bona & ſolida, in cu-
ius parte ſuperiore relinquatur ſpatium uacuum trium,uel qua
tuor digitorum,in dextro uero latere & ſiniſtro tantūdē ſpatii,
in parte autem inferiori ſuperſit ſpatium vacuum tantum,quā
tum palmus ſiue palma digitis extenſis protenditur, uel circa,
in medio autem horum ſpatiorum ſcribetur tenor & ſeries te
ſtamenti: quo facto plicabitur charta ipſa, ita quod ſpatium
ſuperius coniungatur cum inferiori parte, & figantur ibi tres
chordulæ:in plicatura uero dextri ſpatii duæ:& ſiniſtri aliæ duæ
ſicut quælibet chordula duo habeat foramina interiorem lite
ram non lædentia,vel attingentia:quibus chordulis ſingula ſpa
tia,& ſingula coniuncta ligentur,ita quod interior litera uideri,
uel legi non poſſit Porro de illo magno ſpatio inferiori uacuo
tantum debet diſcoopertum relinqui, quod ibi poſſint paten-
ter & aperte ſcribi ſubſcriptiones teſtatoris & teſtium: quibus,
uel eodem die,uel uno,uel pluribus diebus ante ſic ſcriptis,uel fa
ctis,uel ordinatis,& poſtea,quando placuerit teſtatori,uocabit
ſeptem teſtes iuratos utique literatos &ſcribere ſcientes,& nul
lum iuris impedimentum habentes,& coram eis teſtator ipſam
ſcripturam clauſam & inuolutam,id eſt dictis chordulis ligatā
vt dictum eſt,in manibus tenens offerre debebit, dicēs illud ſuū
eſſe teſtamentum,ſua,uel talis alterius manu ſcriptum,& eos ro
gare in teſtes,&rogando mandare,quod ipſum teſtamētum ſub
ſcribant & ſignent:ipſe uero etiā ſe debebit ſua manu ſubſcribe-
re,prout inferius exprimetur. Igitur ibidem,& in preſenti, uno
contextu,antequam ipſe teſtator,uel aliquis ex teſtibus inde di
ſcedant, debebit unuſquiſque ipſorum teſtium annulum,uel ſi-
gillum characteratum ad unā ex chordulis appendere,ſiue, ſuū
ſiue alterius teſtis,ſi proprium non habet. Poſt hic continuo in
ſpatio inferiori diſcooperto ſubſcriptiones fient. Primo autem
teſtator, ſi propria manu ſcripſit teſtamentum, ſe hoc modo
ſubſcribet.
¶FORMA. Ego A. præſentem paginam clauſam,& ligatam in
manibus tenens,infra ſcriptis teſtibus,omnibus ſimul præſenti-
bus, pure ad hoc adhibitis & rogatis,obtuli ab eis ſecundum iu-
ris ordinē ſignandā & ſubſcribendā:aſſerens,ꝙ in ea ſcriptū eſt,
meum fore teſtamentū,& illud totum,& hæredis inſtitutionē,
& omnia & ſingula,quæ in eo continētur,à me ſcripta eſſe,nec-
non coram eis ibidem præſentem ſubſcriptionem propria ma
nu ſubiiciens. Si uero de mandato teſtatoris alius teſtamentum
ſcripſit,ille taliter ſe ſubſcribet:
¶FORMA. Ego R. mandato A. literarū ignari, uel ſubſcribere
propter corporalem ægritudinem impediti,hoc eius teſtamen
tum,tam hæredis inſtitutionem,quam cætera in eo contenta,
ſuo mandato mea propria manu ſcripſi: & eo poſtea p̄ſente pa-
ginā clauſam & ligatam,infra ſcriptis teſtibus ab eo uocatis, &
rogatis omnibus ſimul præſentibus,offerente, & aſſerēte id, ꝙ
in ea continet̄,ſuū eſſe teſtamentū,& á me ſcriptum, p̄ſentē ſub
ſcriptionem meam vice & nomine ſuo, & eius mandato appo-
41 ſui,& in teſtimonium me ſubſcripſi. ¶Cæterum † ibidem & in
præſenti quilibet ex teſtibus taliter ſe ſubſcribet:
¶FORMA. Ego C. rogatus & præſens,una cum omnibus infra
ſcriptis,ſiue ſupra ſcriptis teſtib. ad omnia & ſingula in hoc prę
ſentis paginę inferiori ſpatio facta,ɔtenta & ſcripta, ſimul præ-
ſentibus & rogatis in ipſa pagina eius vtique A. teſtamento ſuo
mandato manu mea in teſtimonium me ſubſcripſi,& eam ſigil
lo ꝓprio, ( ſi propriū habet) uel ſigillo infra ſcripti D. ſignaui.
habente in circulo formam aquilę,uel leonis:quod ad unam ex
chordulis ſupra dictis ceræ impreſſi. Sic igitur ſeptem ſigillis ap
penſis;& factis octo ſubſcriptionibus ante dictis, & cæteris ri-
te peractis,teſtator teſtamentum ſecrete ſtudeat cuſtodire. Ex
his ergo ſolennitatibus ſubſtantiam capit, & uitam, & nomen
teſtamenti in ſcriptis:nec aliter factum valet. niſi inter filios te-
ſtatoris,ut C. qui teſtament. facere poſſunt, hac conſultiſſima.
§. ex imperfecto.& in authent. hoc inter liberos. Pręmiſſa pro-
bantur in prædict. l. hac conſultiſſima.& eodem titul. cum anti
quitas.§. fin.& l. iubemus.& authent. hoc non obſeruato. Inſtit.
eod. titu.§ poſtea vero.vſque ad § teſtes.ff. eod. hæredes. in fin.
& l. ad teſtium.§ ſigna autem.& l. penult.& ſupra §. prox. uerſi.
iii & ſeq. Conſequenter autem is, cuius intereſt, poſtulabit il-
lud aperiri & publicari: ſuper quo dic,ut ſupra §. oſtenſo. verſi.
42 quoniam.& ſequent. ¶† Illud autem non eſt ignorandum, ꝙ
cæcus teſtari non poteſt ſine ſolennitate quadam. debet enim
uocare ſeptem teſtes,& notarium, & coram eis exprimere, ſe
velle ſine ſcriptis teſtari. Debet etiam exprimere nomina,& in-
dicia,& dignitates hęredum, quos inſtituit,& legata & fideicō
miſſa deſignare,quæ oīa ſcribenda ſunt a notario corā teſtibus.
Vel,ſi iam ſcripta erant, debent coram eis recitari, & cæcus de-
bet profiteri illud ſuum teſtamentum, & illud diſpoſitum fore
ex ſui animi ſententia. In fine uero in inferiori chartæ ſpatio de
bent, tam quilibet teſtis,quam notarius ſe ſubſcribere,& teſtiū
& notarii ſigilla apponi debent in octo chordulis appoſitis.
Quod ſi notarius haberi non poteſt, debet octauus teſtis adhi-
beri:ut per eum capiat effectum,quod per notarium fieri debe
bat,ut iam dictum eſt,C. de teſta. hac conſultiſſima. quæ omnia
fiunt in hunc modum:
¶FORMA. A. licet oculorum carens viſione,tamen corpore &
mente ſanus,uel mente tantum ſanus,ſed copore languens,vo-
catis me notario & teſtib. infra ſcriptis,proteſtatus eſt,ſe per nū
cupationem,& ſine ſcriptis velle teſtari:declarans &exprimens
infra ſcripta legata,hæredum nomina,& dignitates,& iudicia,
& cæteras infra ſcriptas diſpoſitiones dilucide ore proprio. Co-
ram nobis itaque bona ſua teſtando, diſpoſuit in hunc modū:
Primo nanque pro anima ſua,&c Scripta ergo clauſula finali ip
ſius teſtamenti, poſtmodum ſic in fine dicetur: Igitur prædictis
omnibus coram dictis teſtibus aperte recitatis & lectis, dictus
A. proteſtatus eſt hoc ſuum eſſe teſtamentum ex ſui animi ſen-
tentia diſpoſitum, rogans infra ſcriptos ad teſtimonium adhi-
bitos,teſtes eſſe:& ut ſubſcriptiones ſuas,& ſigilla ſecundum iu
ris ordinem ſubiiciant,& apponāt:& ſtatim quilibet teſtis ſub-
ſcribat hoc modo:
¶FORMA. Ego P. ſimul cum infra ſcriptis aliis teſtibus,ſiue cū
ſupra & infra ſcriptis aliis teſtibus,à dicto teſtatore adhibitis &
rogatis. huic teſtamento, & recitationi, & omnibus & ſingulis
ſupra ſcriptis præſens interfui: & ab eodem teſtatore rogatus
in teſtimonium me ſubſcripſi: ſigillum meum proprium,
uel ſi non habet proprium, dicat, ſigillum infra ſcripti N. ha-
bens intra circulum formā agni,uel columbę, in una ex chor-
dulis ceræ imprimens & apponens: & eodem modo cæte-
ri teſtes ſimiliter. In fine autem tabellio ſe ſubſcribat hoc mo-
do:
¶FORMA. Ego L. notarius ab ipſo A. teſtatore uocatus, præ-
dicta omnia & ſingula ſuo mādato ſcripſi,& ſcripta corā dictis
teſtibus recitaui & legi, & in publicam formam redegi, ab eo
rogatus in teſtimonium me ſubſcribens, & ſigillum proprium,
vel alterius talis habens talem formam, pendens, ad vnam ex
43 chordulis ſubiiciens & apponens. ¶† Et nota, quod hoc teſta-
mentum dicitur nuncupatiuum, licet multam habeat ſimili-
tudinem cum teſtamento in ſcriptis: quia ſi cæcus codicillari
uoluerit eadem ſunt in codicillo ſeruanda. Hæc omnia pro-
bantur in prædict. l. hac conſultiſſima. & Inſtitut. quibus non
44 eſt permiſſ. fac. teſta §. penultim. ¶† Et in ſumma nota, quod
partes teſtamenti ſunt ſex. ¶ Primo ponitur procemium, ff. de
regul. iur. l. j. ¶Secundo, legata: licet quidam ponant hære-
dum inſtitutionē,ut ſupra verſicul. veruntamen. ¶Tertio, hæ-
redis inſtitutio. ¶ Quartò, ſubſtitutio. ¶ Quintò, prouidæ di-
ſpoſitiones teſtatoris. ¶Sextò, illa clauſula generalis, Et hanc
ſuam ultimam,&c. Ponuntur etiam & alia, putà exhæredatio:
quæ, & etiam ſubſtitutio. & inſtitutio, non niſi in teſtamento
fieri poteſt, vt C. de teſta. non codicillum. Item ponitur fidei-
commiſſum. Item tutorum datio. Item pœnæ adiectio, vt ex-
tra de teſta. Raynaldus. ¶In procemio debet nomen teſtatoris
exprimi,ſiue certa determinatione mōſtrari, argumen. ff. de co
dici. quidā. ¶Itē debet dici, an in ſcriptis, uel ſine,uelit teſtari.
¶Tertiò debet dici ſtatus mētis & corporis eius,C. de trāſact.
ſanū mēte licet egrū corpore. C. q teſtamē. fac. poſ. ſeniū. licet
p̄ſumat̄ ɔpos mētis,ex quo teſtat̄,C. de codicil. l. nec codicillos.
¶†Circa

ADDITIO.

autem de dolo & fraude ꝯueniri poſſit, probatur extr. ne cleri.
vel mon.c.ii.ff.de auro & arg l.non ſolùm.in fi & l.Aurelio ff.
de condit.& demonſt.cum ita.§ 2.ff.de adminiſt.tut. qui plures
& l. quidam decedens Arg.tamen contra, ꝙ non poſſit idem
aliquatenus inquietari, in præ. l.ſi quis pro redēptione.reſpon.
a j.[a] Et ex his,quæ dicta ſunt,uidet̃,ꝙ ſi executor male diſtribuit
ſeu diuidit,hæres,uel epiſcopus,& etiam legatarii poterūt diſtri
butionem, ſeu diuiſionem huius impedire, ut j̃. uer.lix.ex præ-
miſſis.Imo etiam uidet̃, ꝙ quilibet, cuius intereſt, ff. de procur.
poſt litem.ff.ad exhib.l.3.§.antepenul.& C. ſi ſe ab hęred. abſti.
auth.ſi omnes.ff.de minor.etiam § pen.& in authen.de eccl.tit.
§ ſi qs autem,q hoc facere.in fi ext de teſti.ueniens.ext.de elect.
ſtatuim⁹.lib.vi.2.q.vi.non ſolent. à ꝯrio ſenſu. Porro ſuſpectus
poteſt per iudicem etiam abſque accuſatore remoueri,ad inſtar
tutoris,ut ff.de ſuſpect. tut.l.i.§ oſtendimus.& l.3.§ præterea.

54 ¶†Lvi. Pone: teſtator ita dixit. relinquo Titio decem pro re-
demptione captiuorū: uel dixit, relinquo Titio decem, ut illa
expendat in redemptionē captiuorū: quæritur, quid iuris? Re-
ſpondeo, dic ꝙ non intereſt inter hæc, & idem iuris erit in utro
que caſu.ar.C. commu.de leg l. 2.C.de fideicomm.cum uirū.In
fideicommiſſis autem magis ſpectat̃ uoluntas teſtatoris, quàm
uerba: nec eſt uis in uerbis ut in præ.l.& C de teſtament.quoniã
& facit de cond.& demonſt.quibus § fi.ff.de leg.3.ſi tibi legatū.
ff.de fideicom. liber. cum in teſtamento.

55 ¶†Lvii. Hoc etiam quærit̃, utrū quilibet executor ultimæ uo-
b luntatis cogēdus ſit hoc officiū ſuſcipere, & ſuſceptū exequi[b]?
Et uidetur, ꝙ ſic: ar.in pręd.decr.tua.& c. Ioannes. & eo.tit nos
quidem.& ff de petiti.hered.hæreditas.in fine,C.de fideicōmi.
c l.fin in fine, & auth.ibi poſita[c].Nam ad hoc tenetur, ut in p̄d. l.
nulli.in prin.Itē quiſque cogi poteſt ad perſonalia munera ſub-
eunda: quale eſt illud & tutela, & ſimilia, ff.de mu. & ho.l.i. §.i.
d & §.æque.& l. munerū.reſponſo i.§. qui annonam[d]. ar. extr. ꝙ
hoc ex mera uoluntate procedat, ſicut & arbitratus, ff. de arbi.
l.3.§.i.& ſicut procurator C.de procur.inuitus. & ſicut contin-
git in negotiorū geſtore, C.de neg. geſtis, tutori, & in curatore
bonis dando, ff. de curat.bon.dan.l. 2.§.3. Nam nec ullus cogen
dus eſt ſingulare legatū agnoſcere, qđ alii reſtituere tenetur, ff.
ad Trebel.nam qđ.§.non omnis.& l.cogi.§ & generaliter.Non
ergo uit̃ cogendus, præſertim cum ex teſtamento nullū commo
dū conſequit̃: ar.C.communia de legatis,l.j. circa finem, C.de
fideiuſſor.ab eo.& in pręd §.non omnis. Accu no.in pręd.l.nul-
e li. ꝙ ſit cogendus ſuſcipere[e], ar.ff de alimen & cibar.leg.l.alio.ff.
de legatis tertio, ſi legatarius.& in d l.cogi.in pri̅ §.generaliter.
f & eo.tit.l.poſſe[f]. & in pręd.§.non omnes.& in auth. de eccl.ti.§.
ſi autē,q & §.ſi quis autē., in fi. Goſ.uero dixit, non eſſe cogen-
dum ſuſcipere, nec etiã exeq. niſi ſuſceperit: tũc uero ſic, & in c
Ioannes.ut in l. nulli. prope prin.& pręd §.ſin autem, qui hoc fa
g cere: Iulianus diſtinxit[g], ꝙ aut fuerit ei aliquid in alia ultima uo-
luntate relictū, aut non. Primo caſu aut agnouit uoluntatem de
functi, & tunc cogit̃ ſuſcipere officium, & niſi exequatur, per-
det, qđ ex teſtamento percepturus erat, ut ff. ubi pupill educ.
h deb.l.j.in fi[h]. Aut non agnouit, quo caſu, & etiã ubi nil fuit ei re
lictū, non eſt cogendus ſuſcipere, uel exequi, ff. de conditio. &
demonſt ſi cui legatū reſponſo j.ff de leg. 3.ſi tibi.ff.de fideic.li-
ber.ſi te.ff.de leg j.etiam ſi. Sed & fauore religionis de canonica
i æquitate uidet̃ cogendus & ſuſcipere & exequi[i]: puta cum re-
lictum eſt ad pios uſus, ut in præd.c.tua. & c. Ioannes. & in præ.
l.nulli.reſp.i & ij.& in præd §.ſi quis autē.& ſeq.& c.ti §.itē nū-
quid, & in pred.§ ſi qs pro redemptione. reſp.j. ff. de alimen. &
cibar.leg.pecuniæ.& l alio.& l.iij. Talia enim legata p̄rogatiua
gaudent, ar.ff de reli.& ſump.fun ſunt perſonę.in fi ar.ext.đ pri
uil.cum & plãtare.in prin.& in c.in his.in prin.Et inde eſt, ꝙ in-
fringi nō poſſunt, ut C.de ſac.ſanc.eccl.ut inter.& C de epiſ. &
cler.ſi quis ad declinandam.& Inſt.de obl.quæ ex quaſi cōtra. §.
fi.Et quidam dicunt, ꝙ hoc caſu tantum cogendus eſt ſuſcipe-
k re[k]: alii autem dicunt indiſtinctè, in omni caſu cogendum, pro
quibus multum facit C.commun.de lega.l.i.circa medium, & in
auth.de ecc.ti. §. ſi autem legatū.& §.ſeq.& in pręd. c. Ioannes.
l Dictū Goſ.plus placet[l] de hoc no.ff.de reli.& ſump. fun. ſi quis
ſepulchrum

ADDITIONES.

a Reſpon.j. ¶ Vide remiſsionem, quam ſ̃.proximè dedi.
b Exequi. ¶ Eſt ſciendum, ꝙ auctor ſub hoc verſi. ꝯiunxit octo quæſtiones Ioan. quod partim placet, & partim diſplicet. Placet, ꝙ hæc quæſtionis ꝓpoſitio includit tres quæſtiones Ioan. quærentis primo, an exetutor cogatur ſuſcipere? ſcđo, an exequi? tertio, an quilibet? & hæc per optimè ſunt ꝯiuncta. Sed q̄reretur, per quē ſunt cogendi? Item quando ſic ſuos verſiculos merebantur, uel ſaltem ambo vnum, ſicut illud qualiter, quod ſtatim ſequitur. Sit ergo prima pars huius ver. vſque ibi, cogetur autem in qua parte auctor primo quærit, ut ſ̃. ſecundo allegat pro & cōtra: tertio ponit tres opiniones ſucceſsiue: quarto addit, ibi, ſed & fauore, quinto reaſſumit primam: ſexto approbat ſecundã, & remittit: ſeptimo dubiū ſoluit, an excuſatio admittatur: & remittit. & hæ partes ſunt patentes. In ſecunda parte tractat per quē cogantur: & hoc primo implicitè, ſcilicet ꝙ per ipſum, vel p̄torē: & hoc in uer. eſt aũt. uſq; ad fi. Et hunc ſaltum non cōmendo: nec eueniſſet, ſi ſuum verſiculū habuiſſet. In horū medio proſequitur, quando: ibi, certū cogetur. vbi facit tria: primo ponit oppoſitionē: ſecundo dat ſolutionē, ibi, tu dic: tertio dubium incidens proſequitur: ibi, itē dicunt. Pars ſecunda princip lis cum vij. membro partis p̄cedentis coniunxit reliquas quinque quæſtiones Ioan. Sciat ſtudens, ꝙ propter eum, nō propter Fabrū, qui hoc nō meruit, diuiſione textuali uer. honoraui Io. And. ADDE, an executor ſit cogendus iudicium ſuſcipere, & ſuſceptum exequi? Alexand.conſil.5.ij.libr.
c Poſita. ¶ C.de fideic.lib.l.pe.& vl.& ad Treb.l. fi.
d Annonam ¶ Et Inſt.de ſatiſdat.§.j.& 2.
e Suſcipere. ¶ Idem Azo in Sum.de epiſ.& cler.ante fi.ſed nil allegat.
f L.poſſe. ¶ Sic erant etiam in Io.ſed corrige: & in præ.§.non omnes. Et ſi intelligis precedentem mediate, vera eſt allegatio. nam pp paruitatem intermediæ legis, que continuata legi precedenti, & ſequenti, ſic iacet, uel omnia ſua auctor non ponderauit, illa facit pro autoritate, quod no.in præ.dec.in vl.gl.& uide ſ̃.uer.38.
g Diſtinxit. ¶ Cy.in 3.q.l.id ꝙ C.de epiſ. & cle. hanc diſtinctionē tenet in teſtamentario: legitimū dicit indiſtinctè cogendum. p.§.ſi autem ſ̃.proxi. allegatum: fuit hoc dictum ſingulare Io.dicentis, neceſsitati ſubiici, qđ per legem iniungitur facit 4.di.in iſtis.
h In fi. ¶ Gul.de Cu qui hãc diſtinctionē tenet, alleg. ff. de his, quibus vt indig.poſt.legatum.ff.de rel. ſi quis ſepulchrum. §. funus. & l. at ſi quis, §. cui funeris. Ad aliud membrum diſtinctionis alleg. ff. de ven. inſpi. l.j.§. qđ natū.& de cur.bo.dan.l.2.§.q̄ritur. ſubdit, ꝙ ſi adminiſtrare cœpit, cogitur implere, qa à principio uoluntariū, &c.ff.man.l ſi tibi mandauero.§. ſi tibi.& de reli.at ſi quis.§.ſi cui. & de hoc dixit decr. Io. ſuper ver.ſuſceptum.& ſuper 3.gl.
i Exequi. ¶ Adiuuatur hoc dictū, qđ fuit Iuliani; & ſequēs p.l. qa poterat. ff.ad Treb.& de aqua plu.ar.in ſumma.§.Labeo. Et hæc dicta facerent ꝓ Iac.de Are.q conſuluit, filiū præteritum à patre, quem tñ ipſe pater conſtituit executorē ſui teſtamēti, & exercuit officiū de inofficioſo agere poſſe, cum teſtamentū fuerit irritū ex tali p̄teritione ipſo iure, in auth. vt cū de app.cog.§.aliud. Inſt.de exhær.li. in prin. reſpondens ad l. vltimam ff. de inof.teſta. ꝙ hoc excuſat̃ ratione officii neceſſarii ſibi iniuncti: & ſic ſibi non debet obeſſe, C.de admin. tut.ſcum quædam. ff.famil. erciſ. ſi pignor. in fi.& l.qui erat.ff de his, quib.vt ind.l.poſt legatū.§. aduocatum fiſci. facit de elec.cū nō deceat.li.6.cū concor.& 3.q.7 ſi ꝯ patrem. Si dicatur nō neſſariū, non faciet hoc pro Iac.dicit tamē poſſe ipſum excuſari pp pietatem officii.bene facit 22.q.2 ſi quælibet. Dicebat ẽt ipſe Iac. ꝙ filius executor ſe de bonis patris alere poteſt, non vt executor, ſed ut filius: alleg.ff. de ali.pup.præ.l.qui filium.& de alen.li.l.ſi quis à lib.j. reſp.
k Suſcipere. ¶ Hoc dicit Guid.de Suz.in d.l.nulli.reſtringens ſe ad caſum § prædicti, ſi quis pro redemptione.
l Placet. ¶ Et Alb.Gal.de fideicommiſſariis, in princ.item Iac.de Are.vbi ſ̃.& Iac.de Beſ.in §.ſi quis ędificationem.in auth.de eccleſ.ti. Refert Nic vbi.ſ̃. ꝙ Homob.tenet hanc partem duplici ratione: quia hoc non eſt officium publicum, ſicut tutorum, & magiſtratus: ſed priuatum, ſicut procuratorum. Secundo, quia inuentū eſt remediū, ut exequatur epiſcopus illo nolente exequi, ut in l.nulli; & in auth.de eccl.ti.§.ſi autem, qui.& ff.de reli.l.ſi quis ſepulchrum.§.hoc edictum. Per quod patet ꝙ ex hoc illū compelli noluit, niſi in perdendo emolumēto ſibi relicto. Sed huic rationi poſſet reſpōderi dupliciter: primo, non fore abſurdum plura remedia fore prouiſa ſimul. de quo uide j̃.de reſtit.ſpol.§.j.uer.prædicto: uel ſaltem ſucceſſiue ſcilicet ut exequatur epiſcopus, ubi coactio executoris nō prodeſt, vt in dec.nouit.in fi.de iud. Licet autem rationi reſpondeam, tamen opinioni eorum adhæreo: cum quibus eſt etiam Iac.de Rau. qui quęſtionem de teſtamentario executore an cogatur, pro negatiua inducit l.nulli.quæ dicit, habeat exigendi licentiam: ſed licentia eſt uerbum facultatis, non neceſsitatis, ff.de off.præſi.l.ſæpe.extr.de teſt.ad hoc. In contrarium, quia eſt munus publicum, quod recuſari non poteſt. C. de decurionibus l. nullius.lib.x. Sed publicè intereſt. voluntates ſupremas impleri, ff. quemad. teſtam.aper.l.v.ext.de teſtam.c.nos.quidem.in fi. Soluit. ꝙ ſi ſuſcepit officium, renuncire non poteſt, C.de act & oblig. l.ſicut. ſubdit, niſi forſan re integra ad inſtar mandati. Inſtit.mand.§. penul. dicit enim rem integram teſtatore uiuente, ut ſic ipſum requirere poſsit, quod ponat alium loco ſui. ſi enim eſſet mortuus, id non poſſet. Non video, ꝙ ſuſceptio officii propriè cadat uiuente teſtatore: fateor, quod conſentire potuiſſet deſcribi ad aliud officium: & eo caſu procederet prima quæſtio, de qua ſ̃. & quod dicam j̃.uer.lxix. Diſtinguit autem publicum auctoritate, à publico vtilitate tantum: quia primum, quale eſt tutela, renunciari non poteſt: ſed officium executoris non eſt publicum autoritate, quod à ruſtico poteſt imponi. Nec obſtat, ꝙ etiam ruſticus dat in teſtamento tutorē: quia in illo neceſſaria eſt iudicis confirmatio, C. de confirm.tut. l.fin. Eſt ergo priuatum, ſicut & procuratoris officiū: de quo tamen dicitur, ꝙ publicè vtile eſt, abſentes à quibuſcunque defendi, ff.de procurat. ſeruum quoque §.publicè, & tamen iſta impropriè dicuntur publica utilitate. nãm talia ſunt illa, in quibus principaliter attenditur publica utilitas, ſicut in magiſtratibus. Sed in propoſito verſatur principaliter vtilitas priuata, ut legatariorum, & defuncti: & ſecūdario publica, cuius intereſt, ꝙ res priuatæ bene gerantur, & ꝙ nullus abutatur re ſua, in auth. ut iud. ſine quoquo ſuffrag.§.cogitatio.& Inſt.de his q ſunt ſui iuris, ad fin. uide, qđ not. Inſtit.de excuſat.tut.in princ. C.libr.xi. de mu.publi. ſuper rubr. in quibus idem de tutela no.& ſic utrunque ius, ſ. publicum & priuatum, ſubdiſtinguendo reſpondetur ad l.honor.§.j.ff.de mun.& honor.& ad iura, quæ dicunt officium iſtud piiſsimū, C.de dona.ſi quis pro.& de epiſcop. & cler. orphanotrophos.& l.nulli.& l.ſi quis ad declinandam.que dicit, ꝙ id venit in ſacro, & conſtat. ꝙ ius publicum conſiſtit in ſacris, j.diſtinct.ius publicum.ff.de iuſt.& iure, l prima.§.publicum. Item hi duo textus æquiparant ſacramenta magiſtratibus, quæ non dubitantur publica, ut ſ̃. Item dicitur talium actio popularis: de quo infr. ver.lxvj.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſepulchrum.§.funus.&uer.ſ.27.itē pone, ꝙ aliquis. in fi.Cæte-
rum ſi legitimam habeat excuſationem,credo excuſandum, ſi-
cut & teſtamentarius tutor auditur,ff.de excuſ.tu.qui teſtamē-
a to.&l.Titius.& C.e.ti tquinquaginta.Inſt.e.ti §.qui eā.Vel dic[a]
b vt ff.e.tit.[b]Neſennius [c]Cogetur autem executor teſtatoris exe
c qui uoluntatem per epiſcopum,ut in præ § ſi quis ędificationē.
ſicut & hæres per epiſcopum eſt cogendus,ut ff.de pet.hęred.l.
hr̄ditas.in fi.ext.de teſta ſi hæredes.& C.de epiſ.aud de creatio-
nib §.ſin autē prætor.Tamē in his exequendis uidetur eſſe ma-
ior epiſcopo:quia apud eū per epiſcopū eſt inuentarium faciē-
dū,ut in præ l.nulli.§.2.j.uer.lxxxvj.ſed nūquid iudex Cæterū,
ad hoc cogeť,ut quidam dicunt, ſtatim poſtquam teſtatoris a-
gnouerit,ſeu ſuſceperit voluntatē. Tu dic,ꝙ tunc demum co-
getur,poſtquam res legata ad ipſum peruenerit,& non antè, ut
præd.l.ſi quis pro redemptione.reſp j.niſi per eum ſtet, quo mi
nus perueniat.uel niſi dolum,uel latā culpam, ſ dolo proximā,
in exigēdo cōmittat, ad inſtar legatarii rem alteri reſtituere ro-
gati,vt ff.ad Trebellianum.mulier.§. ſed & ſi quis.ff.de legat.3.
ſi legatarius,à quo.reſponſ.j.ff.de legat.1.l.fideicommiſſum.&
l.ſi ſeruus legatus §.cum quid.ff.de legat.2 Imperator.reſpōſ.1.
Sed & poſtquā agnouerit,uel ſuſceperit,uidetur adhuc ſpectā-
dus,vt ſ.uerſicul.liiij.quid ſi vnus ex.Item dicunt quidā,ꝙ pro-
pria auctoritate poteſt accipere res legatas,ſi ſint vniuerſorum
bonorū,uel etiā partis diſtributor,ſeu executor: ut videtur dici
in tutore,qui hoc poteſt ſtatim facto inuētario,non ante,ut in
præd.l.de creationibus. reſp.1.& C.de admini.tut.l.tutores,uel.
Ar.tū ꝯ, ꝙ non poſſit,niſi ſibi tradantur, C.arbit. tut.l.fi.§.fi.&
in præd.l.orphanotrophos. §. j. Curare tamē habet, ut ſibi tra-
dantur,ne in dolo,uel culpa eſſe videatur:& per conſequens le
gatarius ad intereſſe teneatur,ut ſ.Eſt autē cogendus per iudi-
cē,uel epiſcopum,in cuius foro defunctus natus fuit,uel domi
cilium tempore mortis habuit,vt in d.l.nulli §.epiſcopi autem
& § fi.& in l.ſi quis ad declinandā.§.vbi.& § pen. & in præd §.ſi
autem.qui facere.& §.ſi quis ædificationē.& in præd.dec.ſi hæ-
redes.Quod ſi executor nō ſit de eodem foro ratione originis,
uel domicilii:de quo eſt defunctus,ſed de alio, tūc uidetur eſſe
dicendum idem,quod in tutore teſtamētario alterius ciuitatis,
vt.ff.de teſtam tu.quæro.in prin. & idē, quod in datiuo alienæ
iuriſdictionis,ff.de tut.& cur.dat.ab his,diuꝰ,& đ hoc ſ.de tut.
56 §.generaliter ver.item no.ꝙ pupillus.& ſeq. ¶†Lviij. Quærit
autem, qualiter ſit ad prædicta cogendus? Et quidem dici po-
teſt ꝙ ſi ex illa teſtatoris uoluntate, quam non uult exequi, uel
cui non paret,erat commodum aliquod habiturus, illud amit-
d ter[d]:& tā illud,quam ipſa executio.in epiſcopū tranſit, vt in l.
nulli.reſ.1.2.3.& 4.in authen.de eccleſ.titu.§. ſi quis autē. & §. ſi
autem hæres & §.ſi autem legatum. & §.ſi autem, qui facere. &
ar.ff.de leg.3.ſi tibi.ff.de religio.& ſump. fun. ſi quis ſepulchrū.
§.funus.C.de fideicōmiſ.l.fin.§.final.Et hoc uerum eſt, ꝙ amit-
tit,ſi alias non erat teſtator ſibi relicturus,niſi uoluntatem eius
exequeretur:alioquin non priuabitur ſuo relicto ff ubi pu.edu.
e deb.l.j.in fi.ff.de excuſat.tut.Neſennius,& l.ſeq.[e] Quod ſi nihil
erat habiturus,tūc monitione pręmiſſa cogēdus eſt ad hoc per
ep̄m loci,ut in d.c.tua.& c.Ioānes xij.q.ij.indignè.& hoc p ſnīas
excōicationis,uel ſuſpēſionis,uel ēt interdicti,ſecundū negotii
qualitatem:ut ext.de uer.ſig.q̄renti.ext.de pœnis,c.2.in fi.extr.
de ſen.exc.c.cū medicinalis.lib.vi.& c.ſacro.ext.de off.del.ſanè
& ca.paſtoralis.Poſſet etiā dici,& bene,ꝙ cum coactionis mo-
dus non ſit à iure expreſſus, arbitrio relinquitur iudicis, ſiue e-
piſcopi,ff.de pœn.aut facta.§.fi ext.c.dilectus ext.de off.dele.đ
cauſis.2.q.3.§.notandū.ppe prin.vt procedat quandoque mul
cta indicta,ff.ſi quis ius dic.nō obtemp.l.3.C.de modo mulct.l.
mulctarum.quandoque captis pignoribus,& diſtractis,C.de p̄
tor.pig.l 3.de ven.inſpi.l.j.§.ex hoc. quādoque etiā perſona ca-
pta,ſi expedierit,ut ext.de ap.dilectis.in prin.ff.ad legē Iul. pec.
f cum eo.& aliter.prout.uiderit expedire,ſ.uerſi.liiij.qd ſi unus.[f]
57 ¶†Videtur autem,ꝙ non ex mero iudicis officio, imo libello
oblato & litis conteſtatione facta, & alio iuris ordine obſerua-
to,cogetur:& hoc,ſiue cōdictione ex præ.l.nulli.ſiue iudicis of-
ficio,ſiue actione ex teſtamento,ſiue actione in factum conue-
niatur:quibus actionibus cōueniri poteſt,vt ſ.ver.xvij.ſed quo
iure.& uer.lv.quid ſi executor.& uer.24.ſed ſi ſit loco.In quali-
bet enim earū eſt libellus neceſſarius, & ordo iudiciarius obſer-
uandus,prout no.Roſ.in lib.in ti.dictarum actionū & facit ext.
de off.iudicis,c.2.Si uero legatarius nullam de prædictis actio-
nibus pponit, nec iudicis officium, quod loco actionis propo-
nitur, intētat:ſed ſimpliciter poſtulat illum præmiſſa monitio-
ne cogi ſuſcipere uel exequi uoluntatem defuncti, tunc non ui
detur dandus libellus,nec litis conteſtatio facienda: quod uerū
eſt,niſi executor aliquā iuſtā ꝯdictionis cauſam opponat: quia
tunc ſuper illa uidetur libellus dandus & litis conteſtatio facien
da: ar.C.de edict.diui Adri.tollen.l.fi ff.de re iud.à diuo.§. ſi ſu-
per.ff.ut in poſſ.lega.ſi is à quo.§.j.ff.ad exhib.l.3.§. ibidem.At-
tamen uidetur velle in caſu ſimili, quantū ad hæredem, ꝙ ſit li-
bellus indiſtinctè offerendus,ut no.in auth Collat j.de hære.&
Falc §.illud.ſecundo.Item poteſt locū habere, ut de plano.ſine
libello & abſque litis conteſtatione & ſine ſumptibus.proceda-
tur in legatis ad pias cauſas: ar.in auth.Collat. 3. de app.§. illud.
& in præd.l.orphanotrophos.in fi.& in p̄d.l. nulli.§ cum autē.
in fi.& in auth. Collat.ix.vt nulli iud.§. ſi uero apud.maximè ſi
relictū ſit modicæ quantitatis,ut in auth Collat.3.de mād.prin.
& ar.ff.de petit.hære.hr̄ditas in fi. ext.de ſimo. & ſi quæſtiones.
ad fi Eodemque modo dicendū eſt in executore & legatariis,
ut hi poſsint ſine libello contra hęredem procedere per modū
admonitionis, ꝙ legata ſoluat: ut ſc.poſt huiuſmodi admoni-
torium decretum anno elapſo hæres priuetur commodo hære-
ditatis,niſi ſoluerit,vt extra.de teſtam.nos quidem.C.de fideic.
l.fi.in auth.de hęred & Falc.§.his igitur.& §. illud. Et ꝙ per of-
58 ficium ſit cogendus.probatur in præd.l hęreditas.in fin.¶†Lix.
Ex his autē quæritur,utrum interpoſito huiuſmodi monitorio
decreto poſſint intra annum legatarii, ſiue ipſe executor anno
ipſo pendente agere contra hęredem, quem moneri fecerunt
ordinario iure,uidelicet oblato libello & litis cōteſtatione fa-
g cta[g]?Et uidetur,ꝙ non,ar.de dilatio.c.ſiue pars.ext. de app.ſig-
nificante,& de plus petitio.c. unico.nam hoc tēpus anni habet
hęres a iure ad legata ſoluēda, ne interim aliquam pœnam in
currat,ut ſ.Vnde non uidetur interim cōueniēdus, ſicut nec ꝯ
dēnandus,qui habet ex beneficio legis inducias quadrimeſtres.
ut ext.de re iud.quod ad cōſultationem C.de uſuris rei iud.l.2.
& 3.ff.de iud.ſi debitori.Beneficium enim iuris nemini eſt aufe
rendum,uel reſtringendum,ut xxviij.diſt.de his.ext de ſecund.
nup.c.pen.& fi.imo eſt largè interpretandum,ext. de donat.cū
dilecti.ff.de leg & ſenatuſc. l. ij. Præterea hoc admonitoriū de-
cretum de ſoluendo intra annum,eſt quædam inter locutio, ut
h no in præ §.his igiť[h].unde facit ius inter partes,ut ext.de re iu.
cū inter uos.prope fi.quare neutri parti licet a uia ipſius decre-
ti recedere.Itē cum eis duplex uia ab initio competeret. ſ.actio
perſonalis,& uia monitionis,ut patet ſ.uer.prox.unam eligēdo
alteri renunciaſſe uidentur,ff.ui bo.rap l.j.ff.de fur.interdū §.q
furem.C.de pact.inter emp.& uēd.l.3.& ſ.de iudiciis §.2.uerſi.
notādum eſt.& ſeq.Interpoſito enim decreto nouatio facta eſ-
ſe uideť,& perſonalis actio ſublata,C.de uſur rei iud.l.j.& fin.§.
penul.& hoc tenent quidā Alij uero contra:nam, ut dicunt, p
electionē extraordinariæ uiæ non intelligitur quis ordinariæ
renunciare,ut j.de inquiſit.§. fi.uer.fi. itē pro eis etiam facit gl.
i poſita in p̄d.§.illud.quæ incipit,id eſt, inſtātię[i]. Ex præmiſſis ſa-
tis patet,ꝙ executor cōueniri poteſt à legatariis,uel ab epiſco-
po,uel ab eccleſia,uel a pauperibus,uel à quocunque cui legatū
ſit,vt exequatur piam defuncti uoluntatem,ut in pręd §.qui fu
rem.in fi.& ſ.uerſ.lvij. hoc etiam.& ſeq. Quibus autē actionib.
59 agerer,uide ſ.uer.lviij. quæritur autē. & in uer.ibi inductis.¶†
Lx.Quid igitur,ſi hæres ſcriptus in teſtamento,non uult hęredi
tatē adire,nec ſe hereditati immiſcere ex teſtamento,uel ab in
teſtato.ſicq; pia teſtatoris non impletur uoluntas,nunquid cō-
ueniri poteſt ab executore uel à legatariis,ut adeat?Et uideť, ꝙ
nō,C.de iure delib.nec emere.ff.de bo.poſſeſ.l. 3. §.inuito ff. de
aqua plu.arcen l.ii.§.denique.ff de dam.infect.l.fluminum.§.fin
C.de impub.& ali.ſub l.3 ff.ſi qs omiſ.cauſa teſt.l. ſi quis omiſſa
in prin.Ar. ꝯ:quia in fraudem facere uidetur, ff. ad Trebel.nam
ꝙ.§.non omnis.& l.cogi.§.generaliter.præſertim ſi rogatus eſt
totam

ADDITIONES.

a Vel dic. ¶ Secundum Vbert.
b Eodem ti. ¶ De excuſ.tut.
c Neſennius ¶ Supple. cū legibus ſequētibus. in his enim diſtinguitur, an tutor,cui teſtator legauit,ſit teſtamentarius,uel datiuus:item,an in teſtamento,quo fuit factus tutor, fuerit legatū,an uero prius uel poſt:& an appareat contemplatione oneris tutelæ relictum,an ob aliam cauſam.
d Amittet. ¶ De hoc in prin.huius §.& dicam j.eo.uer.
e L.ſeq. ¶ De facto fuit exēplum tale: Teſtator tribus nepotibus ex ſorore, qui diuiſim,uel coniunctim legauit centum,& unū ex illis fecit commiſſarium,ſatis patet,ꝙ cauſa legati fuit attinens.
f Quid ſi unus. ¶ Dicit Iac.de Aren.ꝙ pœna perditionis eius,quod ex teſtamento obuenire poterat,erat pœna non ſuſcipientis officium. Præmiſſa locum habent poſt illud Suſceptum,& vocātur hæc prætoria remedia. Inducit etiam l.ſi quis.C.de don.ff.de uent.inſp.l.j.quid ergo. Inſt. de ſatiſ.tut. §.fi. Contumacia durante exequatur epiſcopus, vt in prin. huius uer.propter ea,quæ hic ſequentur, remiſit auctor ad hunc uer.lviii.j.de libellor.conce.§.nunc dicendum.uer.30.in fi.
g Facta. ¶ Facit quod no.j.de inquiſi.§.ult.not.verſic.ſed nunquid abbas.
h Igitur. ¶ Super uerbo,dec.& §.illud.ſuper eodem uerbo.
i Inſtantiæ.¶Credo ꝙ intēdit allegare gl.quæ incipit, hic annus.in qua eſt illud uerbum, quod putarunt Io. & auctor in prin. gl. & hoc facile in gl. ſcriptis in petiis,uel quaternis accidere potuit: ſignato illo uerbo Viii pro textu: ſed non ſic in gloſsis deſcriptis circa tex. cum textus ille non eſſet idem.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

totam hæreditatem in pios uſus erogare,uel executori ad taliter
diſtribuendum tradere,vt in decr.Inn.IIII.extrauag de teſt.Io-
a annes,frange panem.reſp.I.[a] ad inſtar hęredis hæreditatem alte
ri reſtituere rogati,ff.ad Trebel.ille à quo.§.tempeſtiuum.l.quia
poterat.extr.de teſta.Raynutius.Et idem videtur de aliis legatis,
cum in fraudem defuncti iudicium non agnoſcitur,C.ſi omiſ.cã
teſt.l.I.& ii.reſp.I.ad idem ff.eo.l.I.in prin.& §.fi.& l.licet.Dicũt
quidam,quod ſi hæres rogatus eſt totam hæreditatem in pios v-
ſus diſtribuere,vel executori ad diſtributionem tradere,tunc co-
gendus eſt adire:alioquin non, vt in præal.l.ſi quis omiſſa. in fin.
Sed tunc executor & legatarii poſſunt agere contra illum,vt tra-
dat,vel ſoluat eis ſingula legata:vel etiam contra poſſeſſores hæ-
reditatis,vtilibus actionibus.Alij dicunt,quod indiſtinctè cogen
dus eſt adire,etiam ſi eam repudiauerit:& hoc,ſi adhuc adire po-
teſt,vel ex beneficio legis,vel ex beneficio reſtitutionis,maximè
rebus in ſtatu ſuo manentibus:aliter non,C.de iuris & fac.ingo.l.
2 & 3.C.de repud.hær.l. fi.ff.de minor.quod ſi minor.§.Scęuola.
ff.de his,quæ in frau.cred.l.quia autem.§ ſed ſi ſeruum. & §.pe.l.
60 ait.§.ſi quidem.¶†Lxi.Sed pone,quod ex eo teſtamento non eſt
adita hæreditas,quia fortè hęres adire nõ poteſt: vel ceſſauit adi
b re, non tamen in fraudem talium legatorum[b].Et videtur,quod
executor, vel legatarii nil poſſunt ex eo teſtamento petere, e-
c tiam pro legatis ad pias cauſas[c], ff.de regul. iuris. ſi nemo. C.ſi
omiſſa cauſ.teſtamen.l.2.§.final. ff. de teſtament.tutor. ſi nemo.
& l.ſi hæreditas. in princip. niſi teſtator teſtari præcepit, C.de fi-
deicommiſ.eam quam. & l.ex teſtamento.& l.ſi veritas.ff.de in-
offi teſtamen. Titia. ff.de vulgar. ſubſtitut. cohęredi. §. cum fi-
liæ. C. de teſtamen. manu. ſi iur. Argument. contrà, quod va-
leat, & peti poſſit legatum, licet teſtator hoc non præceperit,
ff. de legat. 2. cum pater. §. filius.& l.peto.§.mater.ff. de hæredi.
inſtituend. l. final. ff. de fideicommiſ. libert. l. Antoninus. & l. in
teſtamento.ff. ad Sillania. cum fiſco. Vbert. de Bo. dixit,nihil pe
d ti poſſe[d]. Alij contrà dicentes dictum eius habere locum tan-
tum in caſibus, in quibus debentur legata & fideicommiſſa,quã
uis hæreditas non ſit adita, nec ab inteſtato poſsit adiri, ſcilicet
cum teſtamentum de iure non ualet, putà quia in eo veritas iu-
ris, uel ſolennitas deficit, vt in præd.l.ſi veritas.uel cum ex teſta-
mento hęreditas, uel bonorum poſſeſsio peti non poteſt, vel
cum ex teſtamento iure facto hæres ſcriptus bona fide ceſſat adi-
re,& alter illi ab inteſtato ſuccedit,C. ſi omiſſa cauſa teſtamen.l.
2.§. penulti. & fin. quos notat Accur. in prædi.l.eam quam. Ibi
etiam not.quo iure legata petuntur in caſibus illis:alij autem ſpe
ciales caſus not. ex d.§.mater.in quibus aliud eſt dicendum, quã
Vbert.dixerit. Sed & ſi ab inteſtato ſit relictum, quod diſtribui
debet per executorem, dixit Vbert. quod executor nil petere
poteſt: quia nullum ius habet,nec perſonale,nec reale, ante adi-
tam hæreditatem, C. commun. de lega.l.2.& facit pro eo, ff. de
excuſa.tutor.Lucius.§.præcedit.de leg.I.ſi tibi homo.§.cum ſer
e uus.ff. de furt. à Titio[e]. ¶† Lxii. Denuo quæritur, an ſolutio,
61 vel diſtributio legatorum facta per hæredem ſine executore te-
neat, & ipſe liberetur? & an epiſcopus, ſeu executor petere po-
teſt, vt illi iterum ſoluat, ſeu tradat executori? Et primo vide-
tur, quod non ualet, quod fit ab hærede, & ſic non ſit libera-
tus: ſed iterum tradere, vel ſoluere teneatur executori,iuxta uo
luntatem defuncti per eum diſtribuendum & ſoluendum: argu.
in his,quæ no. ſuprà, uerſic. 5. Sed quid ſi teſtator nõ ei ſoluit ſe-
cundum defuncti uoluntatem? & ideo non uidetur liberatus,
argumentum. ff. de condition. inſtitu l. quę ſub conditione. §.
penultim. & l. ſi quis in teſtamento. ff. de dot. prælegat uir &
uxor. in fine. ff de ſolu.ſi quis decem. & l Stichum aut Pamphi-
lum.§.uſumfructum.Item non intelligitur ſoluere, qui uel non
integrè, uel non, ut debet, ſoluit, ff. de uerbo.ſignific. ſoluen-
do.& l.ſolutionis.ff.de ſol.l.3.ext.de iureiur.eam te.Arg.contrà.
f nam ſufficit ſemel paritum eſſe uoluntati teſtatoris[f], ff.de cõdi.
& demõ.hæc conditio.ff.arbor.fur.cæſ.l.furtim §.i.ext.de cler.
per ſal.promo. c.i.Item bona fides non patitur,ut idem bis exiga
tur,ff.de reg.iur.bona fides.Item ſufficit,quod hæres fraude care
at, licet non ſoluat ſecundum expreſſam teſtatoris uoluntatem,
ar.ff.de man.teſt. qui filium.reſp.I.& 2.ff.de cond.& dem.ſi fun-
g dus.& l.cum pupillus[g].Dici poteſt,quod aut teſtator diuiſit quã
titatem legatam,determinando uidelicet,quantum ſingulis,ſeu
pauperibus,uel eccleſijs inde dari deberet:quo caſu ualet ſolutio
per hæredẽ ſine executore facta: aut non diuiſit, ſed poteſtatem
diuidendi & diſtribuendi executori dedit:quo caſu,cum non ſit
facta ſolutio,ſeu diſtributio per hæredem iuxta defuncti uolun-
tatem,liberatio non contingit,vt in primis concor. ff.ad Sylla.l.
3.Vnde poteſt cogi ad ſoluendum iteratò, ut in auth.de eccl. tit.
§.ſi quis autem.& §.in omnibus.lxxxix.diſt.c.i.& ca.ſi quis pecu-
h niã.Vel poteſt indiſtinctè dici,[h],quod ſi bene ordinauit & diſtri
buit,liberatus eſt:alias non,ut in auth.eo.tit.§.ſi autẽ intra.§. ſi q
dẽ in fin.ff.de aur.& argẽ.legat.l.medico.§.fi.ff de admin.tut.pa-
62 ter ff.de neg.geſt.ſoluẽdo.ff.de cõſti.pec.utrũ.¶†Lxiii. Et ſcias,
ꝙ inter relicta ad pias cauſas etiam relicta quibuſcunq; perſo-
nis miſerabilibus computantur ,ut in pupilis, uiduis,peregrinis,
pauperibus,auxilio proprio deſtitutis uel ratione morbi,uel æta
tis,expoſitis,libertis,& ſimilibus, 86.diſtin, c.2 & per totum. hæ
enim perſonæ in iudiciis, & extr. quadam prærogatiua lætantur,
vt C.quando inter pupil.& uid.l.unica, C.de epiſc.& cle.l.orpha
notrophos.& l.ſi quis ad declinandam.in auth.de eccleſ.ti.§.fin.
ext.ne cler.uel mo.c.i.extr.de uer.ſig.ſuper quibuſdam, in fine,
lxxxiii.diſt.§.i.& per totum.lxxxvi.diſt.non ſatis.xxiii.q.5.reg.24.
q.3.ſi quis de potentibus.& c.ſeq extr.de foro com.ex parte Qd
uerũ ẽ de uiduis,& pupillis,& peregrinis miſeris, & pauperibus
i nõ de diuitibus & potentibus,ut ext. de of. del. ſignificantibus[i]
& extr. de foro comp. ex tenore. Item etiam quę relinquuntur
monaſteriis.uel eccleſijs uel aliis piis locis, ut ext de teſta.c.fi.uel
etiam eccleſiaſticis & religioſis perſonis. Pia autem loca & uene
rabilia dicuntur eccleſiæ,monaſteria,hoſpitalia, & quęlibet alia
loca,in quibus ſenes,debiles & infantes, & aliæ perſonę miſera-
biles, & languide aluñt,& alia charitatis opera exercentur, ut in
præd l.ſi quis ad. & l. orphanotrophos.in auth e.ti.§.fi.extrà,de
relig.dom.de xenodochiis.& c.ſeq.23.q.ul.§.quamuis.in l. ſanci-
mus.C.de ſa.ſan. eccl.illud. C.li.12.de mendican.ualidis.l.unica.
Item

## ADDITIONES.

a Reſp.j. ¶ De hac dixi in §.compendioſè.ante fi.
b Legatorum ¶ Vide j.de teſta.§ j.ver.pone:nullus.& in ver.item plerunq;.
qui ibi præcedit, & ponuntur libelli huic materiæ congrui cum ſuis poſitio
nibus.
c Ad pias cauſas. ¶ Hoc j.reaſſumam,quod tangit 95.q.Io.
d Poſſe. ¶ Hucuſq; intelligibile eſt,quod hic ſcribit: & principaliter motus
fuit Vbert.per duas leges in princip. prius allegatas : quod ſequitur,vide
tur ineptè dictũ:cum Vber.dixerit nil deberi:& quod ſequitur.innuit dictũ
eius intelligi in illis ſolũ caſibus. vbi legata debentur,licet,&c.Si tenuiſſet
auctor verba Ioãnis,cuius fuit iſte ver.q.xciij. ceſſaret error,q. tñ potuit
cãri à quodã defectu in originali Io.cuius verba poſt dictũ Vber.ſunt hic:
ſed,ſalua eius,pace,ego aliter credo,& dico ſententiam eius locũ habere in
illis caſibus tantum,quibus teſtamentum de iure nõ ualet : ut quia ueritas
iuris,uel teſtamẽti ſolennitas deficit,C.de fideicommiſ.l.ſi veritas,uel cum
ex teſtamento hęreditas,vel bonorum poſſeſsio peti non poteſt,uel cum ex
teſtamento iure facto hæres ſcriptus ceſſat bona fide hæreditatem adire, &
tertius ab inteſtato ſuccedit,C.ſi omiſſ.cauſa teſt.l.2 in fi. Hucuſq; clare &
bñ dictũ:& ſupplendo in Ioanne aliter in his. Secus ergo in caſibus, in qui
bus debenẽ legata & fideicommiſſa,quamuis hęreditas nõ ſit adita,nec adi
ri poſsit ex teſtamento.qui no.&c.in his enim tenẽdum eſt contrariũ eius,
quod dixit Vber.& ſic locus eſt diſtinctioni.Hęc Io.Vt autem hæc melius
adhuc intelligantur,ſciẽdum eſt,quod dominus meus leges tres C.ſi omiſ.
cauſa teſt.ſic ſummabat:ſi participata fraude cum ſubſtituto inſtitutus do-
loſè hæreditatem omittit,ad legata tenebitur ſubſtitutus:ſi vero pecuniam
recepit inſtitutus,ipſe primò tenebitur.Secunda vero & tertia lex in inſti-
tuto, q. tenet hẽditatẽ ab ĩteſtato diſtĩguũt,vt ſi teſtm̃ nõ valebat,nil pſtet ſi
valebat tũc aut poſſideris,qui abſtinuit,& ipſe tenẽ ſalua rõne Falcidiæ:
aut poſsidet tertius,& ipſe poſsidens non tenetur:& hoc Canoniſtis ſuffi-
ciat.Legiſtis enim valde prolixa iſta materia eſt, in qua Dy longam diſtin-
ctionem formauit, ff. ſi quis omiſ. cauſa teſtamen.quam ad literam poſuit
Cy.C.eo.ti.
e A Titio. ¶ Hic omittit auctor quæſtionem Io.95.qua q̃rit,an fauore capti
uorum, uel pro alia pia cã , ſeruabitur, quod in cã libertatis ſeruatur in
caſibus prædictis:& habetur id Inſt.de eo,cui lib.cã bona addic.in prin.&
§.j.ff.de fideic. li.l.in teſtõ. & l.Antoninus.Intẽdit ergo q̃ſtio,an ſic debeãt
pia legata hæreditate nõ adita.ſicut libertas.Quòd debeatur; Vber.alle.in
auth. vt cum de ap.cog.§.ſi vnum.& ſubdit,dici poſſe contrarium:quia li-
bertas in ſui præiudicium non præſcribit,ſed ius pertinens ad cauſas pias:
ſic.C.de epiſ.& cle.l.ult.in fi.C.de præſcr.quæ pro lib.oppo.per totum. Itẽ
nec ex teſtamento libertas videtur deberi,hęreditate non adita,ſaltem ab
inteſtato:vel alias poſſeſſa,C.ſi omiſ.cauſa teſta.l.j.in prin.& ff.eod.titu.l.li
bertatibus.& ff.de manu.teſta. teſtõ manumiſſus.& l. teſtõ liber.nec legatũ
ad piã cã,putà alimentorũ,C.de fidei.l.j.ſed vide.qđ ibi no.itẽ ad hãc par
tẽ facit,qđ gl.dicit in p̃d.l.Antoninus.illud ſpeciale.Sed Nic.tenet ꝯ, ſc.ꝙ
remediũ legis datũ legatis libertatũ locũ haẽat piis:cũ id,qđ ex pietate in
ductũ eſt ꝓ tpalibus libertatibus ꝓferãdis,lõgè magis debeat vbi maior
eſt ratio pietatis,ſc.ꝓ libertate animarum quæ ſunt rebus oĩbus p̃ferẽdæ:
alle.l.ſancimus.C.de ſac.ſan.eccl.in fi.& in auth.de ſan.epiſco.§.ſi uerò lib.
in fi.ext.de pœ.& remiſ.cum infirmitatis.in fi.Sic per cõtrarium arguitur,
rerũ temporalium curam committẽdam,cui committitur animæ cura.12.
q.1.præcipimus.
ADDE Ro.conſi.429.Pe.de An.conſi.153.Bal.conſi.30.in fi.1.li.& Abb.
conſ.33.2.lib.
f Teſtatoris. ¶ Supple,qui ad hoc executores dederat.
g Pupillus. ¶ Gul.de Cun.ſpeciales leges ad hoc inducit:ff.de bo.lib.l.ſi liber
tus.§.j.& de dot. præle.l.ij.§. idem Iulianus.& l.pater.§. ſed ſi priuſquam.
cum ibi no.
h Dici. ¶ Cũ diſtinguat,an bene,vel malè,non eſt indiſtinctum;imo ſiluatur
proxima diſtinctio.In quantum autem ſubdit, ꝙ ſi bene ordinauit,intelli-
go,id eſt,diſcretè & vtiliter,quantum quiſque prudens & deuotus fideicõ-
miſſarius facere potuiſſet. Simpliciter enim non bene facit vſurpans alie-
num officium,de homic, c. tua nos.de re iu.non eſt ſine.libr.6.& ff.eod.tit.
culpa eſt.
i Significantibus. ¶ Vide,quod ibi ſcripſi in 4.& 5.gl.

Item etiam,ut dicunt quidam,quæ relinquũtur ad cuſtodiã ciui-
tatis,& locorum:ar.ext.de immu.eccl.c.1.& 2. C. de do.l.pe.§.2.
a Ar.tamen contra in præd.l.illud [a]. Vel refectionẽ pontiũ,& via-
rum,& murorum,& foſſatorum ciuitatis.& caſtrorũ, & ſimiliũ:
& hoc ſi neceſſitas immineat,aliter nõ:ar.C.de ſac.ſan.ecc.ad in-
ſtructionem.C.de oper.pub.l.omnes prouinciarum.& l. ad por-
tus.& C.lib.x.de quib.mun.vel præſt.nem.ſe lic.excuſ.l.fina.C.li.
xi.de priuil.domus Auguſtæ,l.pen.ext. de immu.eccl.c.2.& c.nõ
b minus.& c.aduerſus. Ar.contrà in præd.l.illud [b].Item etiam,quæ
legantur in ornamentis eccleſiaſticis,vel pro eis,ſeu pro fabrica
eccleſiæ,vel luminaribus, vel anniuerſariis, vel aliis ad diuinum
cultum temporalem,vel perpetuum pertinentibus,vt extra, de
teſt.c.fi.Idem etiam dicunt quidam, vbi legatur aliquid pro emẽ
c dandis fortisfactis [c], etiam generaliter , vbicunque ꝓ anima le-
d gatur [d].¶† Lxiiii.Quid ſi quis legauerit decẽ eccleſię ſancti Mar-
63 tini de tali loco,& ibi ſunt duę eccleſiæ talis vocabuli? Reſp.dabi
tur magis indigenti,in auth. Col.ix.de eccl.ti.§. ſi quis in nomine
magni Dei.C.de epiſ.& cler.ſi quis ad declinandam.§.ſinaũt am-
pliores.Si uero nõ appareat maior indigentia, poterit epiſcopus
e gratificari,cui illarum uoluerit [e], ff.de relig. ſump. fu.l.fina.& in
præd.l.ſi quis ad declinandam §. ſinautem nullus.& e.ti.l.nulli.§.
f cumautem [f]. ¶†Lxv. Quid ſi teſtator vult fieri potentẽ,uel hoſ-
64 pitale,vel aliquid huiuſmodi:nec dixit vbi? Reſp.debet fieri in lo
co domicilii ſui,ff.de cond.& demon.l. quæ conditio. § cum ita.
&.ar.2.q.1.ſi peccauerit.ad fi.ff.de pœn.l capitalium §.famoſos.
extr.de electio.poſtquam.Sed ſi hoſpitale fieri non poteſt, vbi te
g ſtator fieri iuſſit,fiat alibi,ext.de teſtam.nos quidem [g].Et idem,ſi
pecuniam inter pauperes diſtribui iuſſit : intelligit enim de pau-
peribus loci domicilii proprii curaſſe.vbi uiuens fomentum,con
ſolationes & ſeruitia à multis recepit:ar.in præ.l. ſi quis ad decli-
nãdam.§.& ſi quidem.& §.vbi aũt. & l.nulli.§. ſin autem perſo-
na. & §. ꝙ ſi teſtator. §. j. Maiorem enim affectionem ad locum
65 proprium intelligitur habuiſſe,23.q.3. fortitudo. ¶†Lxvi. Sed
nunquid quilibet de populo poteſt agere contra executorem ꝓ
talibus ad pias cauſas legatis exequẽdis,quaſi hæc actio ſit popu
laris? Et uidet,quòd ſic ff.de popul.act.l j.& ij.ff.ne quid in loc.
publ.l.2 §.i.ff.de locis & itiner.l.1.Argu.contrà , quod non niſi
in quibus à lege permittitur agere nomine uniuerſitatis : de
quib.legit ff.de quod cuiuſque uniuerſ.l.1.& 3.§.fi. & l.ſicut.in
princip.ff.de condit.& demonſtr.municipibus. Dicunt quidam,
quod ſi præmiſſa [h] computantur inter legata ad pias cauſas,qui-
libet de populo audiendus eſt , ut piis locis & perſonis miſera-
bilib. ſatisfiat , vt in authentic. de eccleſ. titul. §. ſi autem , qui
h hoc facere. Miſericordia enim communis eſt vſus , vt lxxxvi.di-
66 ſtinc.non ſatis.verſus finem. ¶† Lxvii.Sed an pauperes habeant
actionem ad petendum relicta pauperibus ? Acc.not.in præ.l.ꝙ
ſic

ADDITIONES.

a Illud. ¶ Inf.ſoluetur,vbi repetitur.

b Illud. ¶ Lex illa non negat, imo concedit, alias cauſas, quàm ibi expreſſas, eſſe pias : licet regula inſinuationis faciendæ noluit vitiare, niſi in caſibus expreſsis ibidem quaſi ſint gradus in pijs actib.86.diſtin.non ſatis.

ADDE, quæ relicta dicantur ad pias cauſas,Bald.in reg.l.1.in 6.colum. ff.de lega.2.item aliquid per Abb.Sic.in capitu.nihil.in 4 column.in princip.ext.de præſcript.item per Philip.Franc.in repet.rubr.de teſtib.libr.6. in xix.colum.verſicu.ſed aduerte.item in 21.col. ver.ſed cer.& circa. ¶ Et adde,ꝙ hic legata facta ad pias cauſas,ſi nutu fiant,valent & tenent,Bal.in l.2.ff.de teſta.

c Factis. ¶ De his j.ver.de hoc autẽ 73.q̃a hic dicitur de fortisfactis.quæritur,an legata pro malè ablatis,dicãtur legata ad pias cauſas? Nic.tenet,qđ ſic,cum relinquitur eccleſijs,pauperibus,vel ſimilib.perſonis:ſecus ſi relinquit alijs ꝑſonis,maximè ꝯiunctis,puta vxori,amicis, vel uicinis:nam,ut dicit,nõ cõſideratur,quare dicat teſtator ſe legare:ſed ꝯſideratur,cui legat, alleg.l.illud.C.de ſac.ſan.eccl.Inſt.de leg.§.longè magis.& C.de falſa cã adiect.per totum.Hæc ſolutio parum placet:nã prima pars nõ eſt dubia per ſuperius dictum.Secundum dictum non placet,quod ponit cõtradictoriũ: cum negari non poſsit cauſam ponderari , cum de pia cauſa loquimur.Itẽ nõ ſoluitur quæſtio,quæ q̃rit de ſimpliciter relicto,& ſine expreſsione perſonæ,in qua ipſe idẽ tenet,ꝙ legatum tenet, quaſi Deo factum & pro animæ ſalute,ff.de iureiur.qui ꝑ ſalutẽ.& in prę.l.nulli.& præ.§.ſi q̃s in nomine,in auth.de eccl.ti.Dicebat tamẽ,quod ſi qui ꝓbarent ſibi illam quãtitatem per ipſum malè ablatã,illis facienda eſſet reſtitutio,qui peterent,ut debitum,allegat l.Aurelius.§.pe.ff.de li.leg.ad ꝓdicta facit ver.26.s̃.e. Adhuc quærit,ſi pro malè ablatis ꝑ teſtatorem relicta ſunt Titio centum an teſtatore liberato Titius illa petere & exhibere poſſit,vt debita? Conſtat enim, ꝙ,quæ legat,non poteſt ante ipſius mortem:item,ut dicit,etiam poſt mortẽ non poteſt illa petere,vt debita,niſi probet debita,propter l.Aurelius, in fi.Nec conuenit hæc q.14.ſuperiori , in qua non fuerat ſimpliciter legatũ,ſed ſacerdoti cautum,Ia.de Are.quærit ſi relinquantur centum pro malè ablatis in diſpoſitione Titij,nec reperiunt niſi lxxx.malè ablata,an ꝑ cõmiſſarium ſit reſtituendum hæredi,aut per fideicommiſſarium diſpenſandum? Reſpondet,quòd ſi teſtator dixit, ꝙ nolebat expendi in aliã cauſam, nõ conuertitur:ſi vero illud non fuit dictum,poterit,ſecundum eum, illud in aliam cauſam piam per fideicommiſſarium conuerti:& bene facit,ſi id faceret conſilio epiſcopi & hęredis:alleg.ff.de vſufru.leg.legatum.& l.quædam prædia.ff.de condi.& demon.l.in teſtamento.& in auth.de eccleſ.titu. §.ſi quis in cauſam.& §.ſeq.

ADDE,quod legatum pro malè ablatis ſit pium:Bart.in l.j.C.de ſac.ſan. eccleſ.& quod ſi non aſcendant male ablata ad quantitatem legati,debeant in alios vſus conuerti,Paul.de Caſt.conſilio 243.

d Legatur.¶ Ad iſtum finem faciunt quæſtiones Guid.de Suza.in q.ſtatut.C. eo.qui ponit,ſtatuto ciuitatis prohiberi maiorem 14.minorem xviij.legare non poſſe,niſi pro anima:& id poſſit,prout bonum & iuſtum ſibi videbitur.talis maior 14.& minor 18.relinquit matri ſ.æ cẽtum pro animas quęrit,an legatum valeat? Ad affirmatiuam allegat C.de ſac.ſan.eccl.illud.& l. ſancimus.q̃a inter parẽtes & liberos ẽ pietas,ff.de inof.teſt.l.2.Itẽ illud ſtatutum eſt contra ius commune,in quantum arctat libertatem legandi:& iõ eſt arctandum,ff.de lib.& poſt.cum quidam.ad id de reg.iur.odia.libr.6.In contrarium,quia factum videtur in fraudem ſtatuti,ff.de legib.contra.& l. fraus.Itẽ mater inter pias cãs,vel loca,non deſcribitur in legibus vulgaribus:& cum quid prohibetur,& omne id,ꝑ quod ad illud peruenit,intelligitur inhibitum,C.quod met.cau.ſi per impreſsionem.& de regu.iur.cum quid vna.libr. vj.cum concord.& quod directò conſequi poteſt,non venit per obliquum,ff.de le.j.ſi tibi & mihi.§.regula. Solui legatum valere,ſi mater eſt pauper.C.de epiſc.& cler.ſi quis ad declinandam.ver. vbi autem.& ver.q̃s enim pauperior.ſi diues ẽ,nõ valet:ar. C.de ſac.ſan.eccl.illud. ¶ Secunda q̃ſtio eſt,cum ſtatutum prohibet relinqui vxori vltra certam quantitatem:& vir quidam illam quantitatem reliquit,vxori,& in alia parte teſtamenti relinquit eidem certam quantitatem diſtribuendam pro anima ſua: q̃rit,an id poterit? Reſp.ꝙ ſi ſibi ſoli,non ualet,ne fraus fiat ſtatuto, ff.de tu. & cur.dat.ab his,l.ſcire.§.j.Si verò ſibi & alijs commiſſa ẽ diſtributio, valet:q̃a ceſſat fraudis ſuſpicio:facit C.de fideic.l.fi.extr.de ſta.mo.c.2.& de of.del.prudentiam.& facit,quod dicam ſuper ver.82.in fi.

ADDe non incongruè,quod conſuluit Pet.de Anc.conſi.23.ꝙ ſtante ſtatuto,quòd mater non poſsit,etiam pro anima,niſi ad computandum decem centenario, de bonis ſuis relinquere , ꝙ ſi circunſcripto ſtatuto , tanquam cõtra libertatem eccleſiaſticam quantum negat,imò rationabile, & mater facit legatum pro anima diuiti : quod legatum non valet ,quia veritas eſt ſpectanda,non fictio.

e Voluerit. ¶ Vt ſcripſi de teſta.c.iudicante.ſuper gl.2. Hoſt. intelligit aſsignando,vel diuidendo:alle.alia iura, ibi vide , vbi inuenies duas alias opiniones circa hoc.

f Autem. ¶ Hic cõuenit quæſtio,ſi reliquit eccleſiæ ſimpliciter,nullam nominando.Cy.ſuper l.j.C.de ſac.ſan.eccl.arguit, nulli deberi , quaſi incertum: ſoluit,ꝙ debet parochiali,per l.q̃ ꝯditio.§.fi.ff.de ꝯd.& dem.Gul.de Cu.dixit dari pauperiori,per iura in prin.alleg. Quidam dicunt,eccleſiæ Romanæ,quæ eſt caput eccleſiarum,22.diſt.ſac.ſan.C.de ſumm.trinita.inter claras.& l.ſequen.Pro cathedrali facit §.ſi quis in nomine.& in auth.de ſanct. epi.tenet primũ:ꝓ quo facit vicinitas & affectio.Ad primum ext.de priu. ſuper ſpecula.vbi concor.iſtæ,ff.de excuſ.tut.non tantum.§.1. Ad ſecundũ C.de natu.lib.quoniam.de off.deleg.niſi ſpecialis. ¶ Duas quęſtiones,ſ.quãdo parochianus duarum eccleſiarum legat eccleſiæ parochiali:vel, quãdo tempore teſtamenti erat parochianus vnius , & tempore mortis alterius, ſcripſi in decretali , cum quis. de ſepul.lib. 6. ſuper verbo , domiciliorum eccleſiæ.

¶ ADDE, ꝙ opinionem Io.And.ſeq.Bar.in d.l.quæ conditio.vbi etiam vide per Alex. Quid ſi relinquatur monaſterio ſimplicirer , an debeat potius intelligi de monaſterio monialium,quàm maſculorum? Bald.in l.cum multæ.C.de dona.ante nup.tenet,quod ſic,& de eo,quod Io.Andr.dicit ſe ſcripſiſſe in dec.cum quis.vide Fed.conſi.25.

g Quidem. ¶ Vide,quod ibi not.in gl.pe.& qđ ſuꝑ ea dixi. Sed coniungendo has duas quæſtiones affines,eſt ſciendum,quòd Io. de Deo li.4.q.16.tractauit quæſtionem de illo,q̃ relictis hærede & tribus cõmiſſarijs,iuſsit ædificari,& dari eccleſiæ:quo mortuo, duo commiſſarij illud legatum conuertere volunt in transferendo vnum monaſterium malè ſituatum ad locum aptum:tertius commiſſarius & hæres diſſentiunt:inuoluit ſe:ſed hoc tenet ꝙ nedum duo ex tribus,ſed nec etiam tres hoc poſſent contra voluntatem hęredis,cui in eccleſia nouiter conſtituenda ius patronatus debet: & ꝑ id etiã defuncti memoria præſeruat.alleg.12.q.2.c.bonæ rei.16.q.7.c.piæ mẽtis.& c.ſeq.extr.de teſtam.nos quidem.et ibi ſcripſi ſuper verbo,ędificetur Quid iuris , ſi executor teſtamentarius , vel legitimus , plus in ædificando eccleſiam expenderet, quam fuerit relictum? Aliam quęſtionem eiuſdem Ioã.ad materiam fideicommiſſorum,vide de vſuris,quanquam.lib.6.ſuꝑ gl.nomine.in fi.& de alijs duabus quæſtionibus remiſi & ſcripſi s̃.§.compẽdioſæ.ſuper ver.11.Sed quærit Gui.de Suza.ſi prædictus teſtator iuſſit illam eccleſiã fieri in ciuitate:& duo ex commiſſarijs volunt illam facere in burgis illius ciuitatis,tertius reſiſtit, volens illam fieri intra muros:quid iuris? Pro duobus facit ff.de verbo.ſigni.l.ædificia.& l. qui in continentibus ædificijs.vbi ædificiũ dr̃ Romæ fieri,qđ fit in ꝑtinẽtibus ædificijs.ad idem l. 2.eod.tit.& ff.de procu.l.præſens.Item in legatis,arbitris,& tutoribus,ſtatur maiori parti,ff.de re iud.duo.de arbit.l.ſicuti.de adminiſtr.tut.l.3.§.fin. Contrarium tenet,cum verbũ ſit clarũ, & ſic interpretatione non eget.C. de libe.præte.l.3.Seruentur ergo verba ff.de lega.3.non aliter.ext.de deci. ad audientiam.vbi cõcor.in vlt.gl.alleg.principaliter l.Quintus.ff.de ann. lega.vltra medium legis , quæ vult filium educari debere, vbi pater dixit. facit pro,quod vulgus ſic recipit ciuitatem,ff.de ſupell.lega.l.Labeo.bene facit dec.ſi ciuitas. de ſen.exc.libr.6.Sed dices,quòd facit contra,in quantum ibi nomen ciuitatis protenditur : ſed illud ex cauſa , vt ibi dicitur. Per quod dico , quòd cauſa ſuggerente quia in ciuitate fieri non poteſt ullo modo,vel nõ congruè & honeſtè,tunc in burgis fieri poterit,ex cãa,ne legatum pereat:quod eſt fauorabile,ut dictum eſt s̃.per capit.nos quidem de teſtam.& facit præd.l.Quintus ver.nec tantum.

h Præmiſſa. ¶ Hoc dicit Ioan. propter duas quæſtiones proximas in numero.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a ſic a.¶Lxviij.Item cũ panis,quem auarus detinet,ſit id eſt,eſſe de
beat eſurientiũ,& quodammodo dicatur inuaſor,vt 67.di.ſicut
hi.prope fi.& in fi.nũquid pauperes illum petere poſſunt? Dicit
b Io.b quòd non directè:denunciare poſſunt tamen detentorẽ, vt
ſic per eccleſiam cõicare cogatur, xij.q.j.dilectiſſimis. ¶Lxx.
De executore autem quęritur primò vtrum ſit cenſendus ne-
gotiorum geſtor, vel quaſi vel ſaltẽ loco eius? ſecundò q̃ritur
an ſit procurator?tertiò,an habeatur loco legatarij, vel fideicõ-
miſſarij,uel loco ipſorum?quartò,an ſit loco hæredis? Ad primũ
dico,quod nõ eſt dicẽdus negotiorũ geſtor,vel quaſi: nec eſt ẽt
loco eius,Ille enim eſt verus,ſeu merus negotiorum geſtor, qui
ſine mandato,vel cura,vel officio ſibi iniuncto alterius negotia
gerit,ff de ngotijs geſt.l.ait.§.fin.& §.hac actione.Executor uerò
gerit cum cura uel officio ſibi commiſſo,ff.e.l.i.& l ſi qs. & in p̃.
c decr.Ioannes.ff.man.ſi remunerandi.§.i.c ¶†Lxx.Ad ſecundum
67 videtur,quod executor ſit procurator,cum gerat cũ mandato,
vt dixi,& procurator eſt, qui alterius mandato negotia admini-
ſtrat,ff.de proc.l.fi.in prin.Sed dic ɔtrà, nam ſi uerus procurator
eſſet,morte mandatoris finiretur eius mandatũ,vt Inſt.manda-
ti,§ item ſi adhuc.nec poſſet contra hæredẽ agere, ſicut facit,ut
s̃.ver.16.& ſcias.quia hæres, & defunctus eadem perſona cenſe-
tur,ar.C de impub & alijs ſubſtit.l.fi.in fi.ff.de acq.hær.cum hæ-
redes.in prin.C.de præſc.30.uel 40.an.cũ notiſsimi.§.i. At abſur
dum eſſet,quòd contra dominum procurator agere poſſet,ff de
pœ.ſi plures. Itẽ ſi ꝓcurator eſſet, poſſet ab hærede eodẽq; dño
eius officium re integra reuocari,ff de proc ante litẽ & ſic eſſet ĩ
hæredis poteſtate,defuncti voluntatem impedire:quod dicere ẽ
abſurdum,cum ad eam implendam ſit ipſe cogẽdus vt s̃.ver.57.
68 hic etiam q̃ritur.¶†Lxxi.Ad tertiũ autẽ dicũt quidã,ꝙ ẽ loco le
gatarii,uel fideicõmiſſarii,ꝓp quaſdã ſimilitudines,quas cũ illis
habet:& iõ fideicommiſſario,quaſi humaniori,aggragaẽ,vt dñt:
Aliquis eſt rogatus reſtituere id quod ſupererit ſolutis debitis & legatis. an iſtud ſit fideicommiſſum vniuerſale, Barto.in l.cogi.§.item quæritur.ad Trebel.& dicit ꝙ non. Item dicit idem, ꝙ ſi fiat ſubſtitutio per hunc modũ, ꝙ ſi deceſſerit ſine liberis reſiduum bonorum meorum, deductis debitis & legatis deueniat in talem, ꝙ hæc ſubſtitutio non eſt directa. Bar.

Nota ꝙ inter teſtatorem & hęredem grauatum aliquid facere oritur con tractus do vt facias: & ſimiliter inter teſtatorem & legatarium grauatum aliquid facere.glo.de hoc in l.at ſi quis.in prin. de religio.& ſumpti.fun.& l. his conſequenter.§.1. famil.erciſc. Item ſi legatarius non facit id in quo eſt grauatus facere, poteſt agi contra ipſum actione ex teſtamento, gl.in l.1.§.ſi decem.vt lega.nom.cau.

Quid ſi teſtator legat alicui eccleſiæ vnum calicẽ, nec adiicit de quo pondere, nec de quo metallo, nec de valore eius precii, de quo metallo debebitur? Bal.in l.ſi nondum.C.de fur.

Item ſi teſtator dicat, lego talem rem Chriſto, vel deo, cui dabitur? dic illi eccleſiæ vbi teſtator habuit domicilium, vt in Authen. de ecc.ti.§.ſi quis in nomine.arg.l.quæ conditio.de conditio.& demonſt.

Teſtator legat alicui collegio,& in ciuitate ſunt duo collegia, vnum maſculorum, aliud fœminarum, cui debebitur. Cynus ponit in l.multa.C.de dona.ante nup.

Quid ſi aliquid fuit datum vt computaretur in quartam, ſed filius deceſſit ante patrem relictis filiis ſuis,& nepotibus patris ſui, an ipſi nepotes debebunt computare in quartam? Item quid ſi filia dotata decedit antequam pater relictis filiis ſuis, an dos data ipſi filiæ cõputabitur filiis ſuis in quartam. Bar.in l.in quartam.ff.ad legem Falcid.

Nota quod filius tacendo per annum, non poteſt dicere poſt annum teſtamentum nullum, in quo eſt præteritus.gl.in l.ſi impubes.§.ſi pupillus.de Carbo.edic.

An hæredis inſtitutio poſſit fieri annuendo capite, vel alio modo.glo.in Auth. vt ſponſa.largit.§.quia vero. contra tenet glo.in l. iubemus.de teſta.

An quando fit reſtitutio hæredi per fideicommiſſarium, fructus interim percepti computentur in legitimam. attende ſi ſit filius primi gradus, an ſecundi: ut primo non, ſecundo ſic: ut l.quod de bonis.§.auus.ff. ad l.falcid. Bar.ibi.

Nota qđ ſi aliquis inſtituitur hæres ſub impoſſibili conditione, licet conditio reiiciatur & remittatur, tamen inſtitutus remanet hæres de iure prætorio, non ciuili: & ſic oportebit ꝙ petat bonorum poſſeſſionem vſque ad annum, non autem poterit adire perpetuo, ſicut ille qui eſt hæres de iure ciuili, per l.cum antiquioribus.de iure deliberandi. Dominus Nic.de Neap. in l.ſi quis libertatem.de manu.teſt.

In l.licet.de leg.1.per hanc legem dicit Dynus, qđ ſi teſtator inſtituit ſibi impuberem,& matri relinquat alimenta,& ipſi pupillo ſubſtituit ipſam matrem & alium, quod mortuo pupillo extinguitur legatum alimentorum, Dynus conſuluit.

Statuto cauetur quod extantibus filiis maſculis fœminæ non ſuccedant: pone quod ſunt tres maſculi,& vna fœmina, modo ex illis maſculis duo repudiauerunt, an habeat locum ius accreſcendi maſculis vel fœminæ. no.in l.mulieri.de condit.& demonſt.

Quid ſi pater pro filia ingrediente monaſterium aliquid reliquit, an videatur dotata. Barto.quod ſic in l. Titio.in fin.de condi.& demonſt.Bald.in l.quoniam nouella.C.de inoffi.teſt.fac. Bar.in l.1.§.ſiue parens.ſi quis à patre.manu.

Statuto cauetur ꝙ filia dotata à patre non ſuccedat, nec aliquid poſſit petere, nec dicere contra teſtamentum patris: modo cuidam filiæ pupillæ pater legauit mille pro dote ſua, an ſtatim poterit petere, vel expectabit tempus legitimum. Bar.in l. Titio.de conditio.& demonſt.

Nota quod deductio falcidiæ ceſſat in relictis ad pias cauſas, Bar.de hoc in l. Marcellus.ad Trebellia. Item an teſtator poſſit prohibere trebellianicam, Bar.vbi ſ.

* Pone teſtator inſtituit duos hæredes, vnũ in re certa, alium vniuerſaliter, quem credebat viuere,& tamen mortuus erat: modo inſtitutus in re certa vult totam hæreditatem: an hoc poſſit. Gul.ponit in l.ſeruo alieno.de condi.indebi.dom.Nicola.de Neap.in l.quo loco.de hæredi.inſti.

Pone, ſcholaris exiſtens in ſtudio veniens ad mortem legauit ſocio omnia bona quæ ibi habebat: an videatur legaſſe libros. no.in l.ex facto.§.rerũ. de hæredi.inſti.

Statuto cauetur ꝙ ſi filius vult repudiare hæreditatem paternam ipſam debeat repudiare coram domino epiſcopo, alias videatur ipſam adiuiſſe. modo quidam moritur, qui nihil habet in mundo, ſed habet multos creditores, filius ſuus non repudiauit, ſecundum formam ſtatuti. modo creditores paterni volunt ipſum conuenire, an poſſint? domi.Nico.de Neap.ponit in l. ex facto.circa princi.de hæredi.inſtituen.

Teſtator dixit, relinquo eccleſiæ mille: de qua eccleſia debet intelligi. Bar.ponit in l.quæ conditiones.§.qui ita. de condi.& demonſtr.& l.1.C.de ſacro ſanct.eccle.

In l.ſi quis legata.§.quibus dies, &c.de condi & demonſtr.quidam fecit teſtamentum,& duos hæredes inſtituit,& dixit, ſi quis dictorum deceſſerit ſine liberis, bona deueniant de vno in alium: poſtea in codicillis reperitur ſcriptum, ꝙ dictus teſtator ademit conditionem appoſitam: modo vnus dictorum filiorum deceſsit ſine liberis, alter petebat ſe admitti ad hæreditatem. Barto.dicit quod adempta conditione videtur ademptum etiam emolumentum,& ſic fideicommiſſum. ita dicit Bar.in hac l.fac.l.ab omnibus.§. Titio.de leg.1.Bar.

In l.certum.ſi certum pet.per hanc l.ſoluitur quæſtio. hoſpitalarii habẽt priuilegium quod ipſi legata incerta capiant uſque ad certam quantitatem. modo quidam Veronenſis fecit teſtamẽtum,& dixit ſic: Pauperibus de Verona tantum lego centum libras. modo hoſpitalarii dicebant qđ debebant habere hoc legatum, vt incertum. an hoc ſit verum? terminatũ fuit per dominum epiſcopum, qđ legatum ad eos ſpectaret vt incertum.& malè.quia contra hunc caſum. nam ex quo legauit pauperibus, limitando de Verona tantum, non videtur incertum, quia vniuerſitati pauperum Veronenſium relictum eſt: ſicut ſi reliquiſſet fraternitati cerdonum. & hoc per hanc l.nominatim.de con.& demon.Richar.malumbra.

An hæres qui reſtituit hæreditatem pauperibus, poſſit detrahere trebellianicã. Bal.in l.id quod pauperibus.de epiſc.& cle.& l.ſi quis ad declinandam.eo.tit.& Anth.ſimiliter C.ad l.falci.per Bal.

An teſtamentum non ſolenne habeatur pro falſo, Bal.in l.ſi poſt diuiſionem.C.de iuris & fact.igno. Et iterum quærit an in foro conſcientiæ teneatur admittere cohæredem inſtitutum non ſolenniter. Bal.ibi.

An hodie neceſſarium ſit hoc edictum, ſi quis omiſſ cau.teſta. Bar.in l.1.ſi quis omiſ.cauſa teſt.tenet vnum. ſed Bald.in l.ſi in fraudem.C. ſi quis omiſ. cau.teſta.tenet contrarium.

In l.à filia.ad Trebel.pone filius non grauatus de reſtituendo nõ dotauit filias ſuas viuens, ſed in vltima voluntate eas dotauit, an iſtud legatum pro dote minuat iſtud fideicommiſſum, Bar.in dicta l. à filia.dicit ꝙ ſic, ſi eſt factum congruè ſecundum quod conuenit qualitati perſonæ. nam viuens ſic feciſſet. Bar.vbi ſ.

An hæres rogatus de reſtituendo hæreditatem debeat primo ſoluere legata ſingularia in ſolidum,& de reſiduo debeat detrahere falcidiam, ſeu Trebellianicam, an debeat fieri contributio de legatis,& de fideicommiſſo vniuerſali. Bar.in l.iam tamen.§.ex aſſe.ad Trebellianum.& l. Marcellus, dicit vnum.& l.1.§.ſi.eod.ti.dicit contrarium. & hoc approbatur communiter. Bar.vbi ſ.

In l.qui teſtamento.§. mulier.de teſt. Alberic.dicit ꝙ omne inſtrumentũ confectum corã maſculis, non poteſt reprobari per mulieres, niſi eſſent multo plures numero,& notæ fidei & authoritatis. ꝙ no. vbi etiam dicit ꝙ mulieres non admittuntur in teſtimonium contra teſtamentum, nec ad ipſum reprobandum. no.ſ.de teſti.

An verbum, relinquo, adaptetur ad inſtitutionem, an ad legata, not.per aliquos in l.1.§. relinquit.de tab.exhi.& l. ſi fundo. de hęre.inſti.& Bald.in l.cogi.§.& generaliter.ad Trebel.& in l.illa inſtitutio & l. his verbis.de hæredi.inſti.& in authen. vt cum de appella.cog.§.aliud quoque capitulum,& in authen.de hære.& falcidi §. ſi vero nullum. de verbo lego, iudico, vide Bald.in l.fina.C.de ſacroſan.eccl.& l.ſi.C.familiæ ercif.& l. quotiens.de hæredi.inſti.

Quid ſi teſtator dixit, inſtituo Titium, mox Gaium, poſtea Seium, quis prædictorum debet habere hæreditatem? Bar.in l.fructus.ſolu.matri,& l.j. ſi cert.pet.

In l.ſi adulta.C.de hære.actio.an per hęc verba, ꝙ filia non poſſit plus habere vel petere, excludatur filia ab omni iure ſuo, Bald.ibi dicit, ꝙ per hæc verba tolluntur obligationes, tamen nõ tolluntur dominia: de quo per Bar. in l.ut iuſiurandi.de oper.liber.

An hęreditas paterna, vel aſcendentium dicatur debita, uel quaſi debita. glo.in l.ſi emancipati.C. de iuris & fact.ignor.dicit quod eſt quaſi debita.& ibi dicit Bald.quod quando aliquis acquirit ſibi iſtud quod eſt quaſi debitũ, dicitur lucrari, Bald.& Barto.vbi ſ.dicit quod debita iure naturæ non ſunt vere debita.

* An teſtamentum non ſolenne impediat ius accreſcendi. Bal.in l.ſi poſt diuiſionem.C.de iuris & fact.ignoran.

In l.ſi adulta.C.de heredita.actio.pone quod pater reliquit filiæ centum, nec dicit iure inſtitutionis,& prohibuit eam plus petere, vel habere: an hęc filia dicatur præterita? dic quod non, cum animo compenſandi videatur reliquiſſe

liquiſſe eum legitimaꝛ ergo dicitur inſtituta nõ ex vi inſtitutionis expreſſę. probatur per l.ſi debitor.ad l.falc.fa.Bal.in l.quotiens.de hær.inſti.& l.fi.C. fami.erciſc.

In l.liberti.C. de operis libert. an filia inſtituta vltra legitimam ſuam & dotem patris,& prohibita plus petere,poſſit petere dotem maternam,non obſtante prohibitione? Bar.in l.vt iuriſiurandi.de oper.lib. Bal.in dicta l.liberti.& no.in dict.l.ſi adulta.de hęredita.actio.& ibi ponit Bal. de dictione ſuper & l.1.C.communia de lega.& de dictione De.

An iſtæ clauſula,quod non poſſit plus petere,connexa vni legato,videantur reuocari alia legata eiuſdem teſtamenti,& dicit Bar.quod ſic.

Item quid ſi reliquit hæredibus Titii decem, an contineatur filia inſtitutam in re certa.Bald.in dicta l.liberti.

¶ De executoribus teſtamentariis.

* Teſtator in ſuo teſtamento mandauit per ſuos executores expendi centum pro male ablatis incertis,ſecundum quod eis uidebitur.an hæc poterunt facere,non obſtante contradictione epiſcopi dicentis, ꝙ hoc pertinet ad ipſum epiſcopum.Archi.ponit ꝙ ſic, in c.fi.de teſta.lib.6. Hoſt contra in c.cũ ſit.de iud. Bal.contra,in l.nulli.de epiſc.& cle. & idem dicit in hęrede ꝙ hęres poteſt diſtribuere incerta ſine epiſcopo. de hoc per Io. An.in c. religioſus.de teſt.lib.6.in nouella.

Quid ſi teſtator dicit, Titium dilapidatorem bonorum meorum conſtituo executorem teſtamenti mei, Bald.in l.id quod pauperibus.de epiſcop. & cler.

Teſtator reliquit centum de bonis ſuis in aliquo opere fiendo, & conſtituit executores, illi executores tradidere illam pecuniam in opere, an ſint liberati. Guli.de cun. in l. ſed ſi ſeruus.§. & ſi ſic accepit. in fine ff. de in rem verſo.

Quid ſi executor vel fideic.renunciauit officio, poſtea ipſum pœnitet & vult reaſſumere officium & exequi re integra exiſtente,an poſſit.Bald.ꝙ ſic in l.2.ff.de proc.quod no.

Pone teſtator dixit,& legauit,ꝙ fidei commiſſarii poſſint expendere pro anima mille: modo dicti fideicommiſſarii expendere in ſepultura ducentũ, & nihilominus adhuc volunt expendere mille pro anima ipſius teſtatoris: an poſſint.Bal.formal hanc quæſtionem in l. Papinianus.§.quarta.de inof. teſt.& determinat ꝙ ſic.& idem dicit conſuluiſſe Abb.nam expenſæ ſepulturæ cenſentur ęs alienum,vt ibi in prin.

An executor ſeu fideicommiſſarius compellatur officium ſuſcipere? fac. quod ſic.l.ſi quis ſepulcrum.§ funus.ff.de rel.& ſump.fun.vnde dicit Iacob. Butrig.quod cautus debet eſſe aduocatus vt interroget eum ante litem cõteſtatam an velit tale officium ſuſcipere : & quod ſuſcipere non compellatur,videtur caſus in ca.pen.de teſta.& c.religioſus.de teſta.lib.6. Bar.in l.1. de lega.2.

An poſſit committi alicui deputatio executorum ſeu fideicommiſſ. Ioã. An.in capi.1.de procu.lib.6.dicit quod non. ſed in additio.Specu. videtur dicere contrarium.Bald.in l.id quod pauperibus.de epiſcop.& cleri.diſtinguit.& Bar.in l.quidam.de re.du.vbi dicitur, quæro de eo quod ſæpe faciũt teſtatores, quia dicunt facio talem fideicommiſſarium, & ſi non velit, vel non poſſit eſſe, do ſibi poteſtatem eligendi alium & faciendi. Bar.in dict.l. quidam.

Quando dicatur relictum ad pias cauſas? dic quando relinquitur pupillis,viduis,orphanis, peregrinis & aliis miſerabilibus perſonis. 37.diſt.c.1. dummodo prędicti non ſint diuites,vt de eorum relictis nõ detrahatur falcidia,vt in Authenti.ſimiliter.ad l.falcid.

Quis dicatur merus executor,& quis mixtus,& quãdo executor habeat actionem contra hęredem, Bar.in l.ſi quis Titio de leg.2.

Quid ſi concurrant executor teſtamentarius,& legatarius, cui debet primo dare hęres,no.in l.ſi quis ſeruum.§.certam.de leg.2.vbi dicit, ꝙ legatarius præfertur executori.

An executor poſſit conueniri à legatariis.gloſſ in l.Firmio.§.cum ab hæredibus.ff.quando dies lega.ced. per Barto.& Bald.in dicta.l. id quod pauperibus.

An executores poſſint conſtituere procuratores ante litem conteſtatam, no.in l.ſi quis ad declinandam.§.licentia.de epiſc.& cleri.

An executor poſſit fungi officio ſuo abſente hęrede, vel contradicente. Bal.quod ſic.in l.nulli.nu.7.C.de epiſ.& cle.

An executor poſſit alienare bona, Bar.in l.alio.ff.de alimen leg.

In l.ſi tibi mandauero.§.ſi tibi manda.dicit Bald.quod id quod venit diſtribuen. extra fideicommiſſum non poteſt ſibi retinere fideicommiſſarius. facit c.cum tibi de teſta.& ſic iſte §.cum illo faciunt vt prior fratrum prædicatorum non poſſit bona diſtribuere de quibus eſt fideicommiſſarius, ipſis fratribus de quo not.vbi ſ.

* An hæres vel diſtributor dare teneatur inſtrumenta legatario. Barto. in l. quintus.ff de fund.inſtru. & inſtru.legat. Cyn.in l. inſtrumenta.C. de fideicommiſ.

An executores præſentes poſſint exequi voluntatem abſentibus non vocatis. Bar.in l.id quod pauperibus.de epiſc.& cler.idem in l.1.§. ſi plures.ff. de exercit.Ray.in l.lucius §.quiſquis.de lega.2.

In l.id quod pauperibus.Bal.quærit.teſtator reliquit vxorem vſufructuariam in vita ſua.& poſt mortem hæredis dixit,ꝙ inſtituebat fratrem ſuum, & dedit executores:modo iſti executores volunt dare vſumfructum vxori: an poſſint?hoc plene examinat Bald.ibi,& etiam in l.extraneum.C.de hær. inſt.& l.filius à patre.de lib.& poſth. Alberi.in Auth.hoc locum.C.ſi mulier ſecundo nup.fac.Bal.in l. voluntas.C.de fideic.

An legata ad pias cauſas debeantur hæreditate non adita, Bal.in l.1.nu. 131.C.de ſacroſ.eccle. & ibidem Bar.& Segnorolus. Bal.in l.1.de leg.1.& in l.eam quam.C.de fideicom,& ibi Ang.& l.fi.C.de ſacr.eccle.& Hoſt.in c. cum eſſes.de teſta.& c.ex literis. de conſue.

An ſuper male ablatis incertis poſſit trãſigi cum epiſcopo:de hoc in clemen.1.de pœnis,per Paul.de Leaza.

In l.id quod.de epiſcop.& cleri.quærit Bald. an executor conſtitutus ad ſoluendum debita, poſſit ſoluere naturaliter tantum, & tenet quod ſic. Item an poſſit ſoluere quibus eſt præſcriptum : & tenet quod ſic. Item an poſſit ſoluere. debitum de quo apparet ſententia lata iniuſte.& dicit quod ſic. Item pone quod teſtator commiſit delictum, ex quo tenetur ad pœnam & ad reſtitutionẽ:an executor poterit vendere pro his ſoluendis. Item quærit quid ſi in hæreditate non eſt pecunia,an executor poterit eligere pauperem ad quantitatem, an debeat eligere ad corpus hęreditarium. Bart.quod ſic.l.cum pater.in princip.de leg.2. Item an poteſt eligere in fundo non hæreditario vt hæres cogatur redimere,vel æſtimationem præſtare,& dicit ꝙ non. Item quærit, teſtator mandauit ſolui debere omnibus probantib.hæredem debere, an requiratur plena probatio. Item quærit de fœneratore, qui tradidit memoriale ſuum epiſcopo, poſtea in teſtamento ſuo iuſſit ſatis fieri omnibus nominatis in memoriali:& dedit executores:epiſcopus dicit ſe perdidiſſe memoriale, & vult pecuniam ad manus ſuas venire tanquam ad diſtributorem incertorum:quæritur quid iuris? Bal.ſ. Item quærit quidam florentinus exercuit vſuras in Alemania,& reuerſus florentiam condidit teſtamentum, in quo conſtituit executores ad reſtituendum male ablata incerta,vtrum executores cum epiſcopo florentino poſſint diſtribuere florentiæ:an vero debeant diſtribui in Alemania, quaſi in loco delicti:& videtur quod ſic.& hoc tenet Hoſt.in c.cum tu.de vſuris. Federicus de ſenis tenet contrarium,vt recitat Bal in dict.l.id quod pauperibus.

In c.religioſus.ext.de teſta.in nouella.ſic ſcribit Ioan.An.vltra hoc ſciendum eſt quod Archidiac. inducit hic hanc literam contra opinio. Hoſtien. no.in c.cum ſit. de iud. quia tenet,quod executores ad id ſpecialiter per teſtatorem deputati diſpenſare poſſunt male ablata incerta:dicens quod ipſe teſtator hoc potuiſſet : & an talia incerta poſſint conuerti in reparationem eccleſiæ parochialis.

An bannitus poſſit eſſe executor? quid de excommunicato, quid de impubere,quid de cæco. Bald.hæc omnia ponit in l.id quod pauperibus.de epiſ. & cleri.& c.fin.de teſta.lib.6.& Clem.1.eo.ti.quid de muliere.Bal.in dicta l. id quod.

An executor poſſit ſoluere debita teſtatoris ex contractu vel quaſi.Arch. 14 q.4.c.ſi res.

Nota quod executor teſtamenti qui pecuniam non conuertit in debitos vſus.tenetur condictione ob cauſam, l.ſi hæres arbitrio.ff.de condictio.ob cauſam.

Nota ꝙ appellatione pauperum eccleſia continetur, l.omnes.de epiſc.& cler.& ex hoc dicit Bald.ꝙ incerta quæ debent pauperibus erogari poſſunt per executorem cõcedi fabricæ pauperis eccleſiæ: nec per hoc dicitur vſus alterari,vt in c.fi de teſta.libr.6.

Quid ſi maritus fecit vxorem ſuam executricem in teſtamento, quæ poſtea tranſit ad ſecunda vota. Bar.in l.à filio.de alim & cib.leg.

In l.ad litem.de proc.ex hoc collige cautelam ꝙ quis nunquam ſe intromittere debet in teſtamento hic ad decem dies, poſtea Gaius ad alios decẽ dies,& ſic de ſingulis Bal.vbi ſ.

Quod aliquando quis vult excludere epiſcopum ab executione teſtamẽti.quod non videtur facere poſſe, per Auth.licet teſtator.C. de epiſc.& cle. modus eſt ꝙ teſtator conſtituat in commiſſaria ſucceſſiuos executores,nam tunc teſtamentarius prefertur legitimo.& hoc quantum ad exequendũ.non tamen per hoc epiſcopus poteſt prohiberi quin poſſit compellere fideicõmiſſarios exequi.Bal.in dict.Auth.licet, Idem in l.ſi fundum ſub conditione.§.Stichum.de leg.1.

An pendentis inuentarii terminus habeat differre executionem relictorum ad pias cauſas Bal.in l.nulli.de epiſ.& cle.

Nota quod licet ignoretur an teſtator fuerit chriſtianus,an ſaracenus,tamen ea quæ pro anima reliquit, debent executioni mandari. Bal.in dict.l. nulli.

* An epiſcopus poſſit prorogare executori terminum vltra annum,vel committere vices alteri, Bal.in d l.nulli.& Inno.in c.cum tibi.de verb.ſignifi.

Nota ꝙ executor debet exequi ĩ.annum:quando annus iſte incipit currere.no.hic in Spe.& Bal.in dicta l. id quod pauperibus.

Nota quod dicitur hic, quod annus currit à die admonitionis factæ: & ideo epiſcopi faciunt cõſtitutiones per quas monentur executores ad hoc. Bal.de hoc in dicta l.id quod pauperibus.Item an iſte annus currat in legatis conditionalibus,vel in diem. Item ibidem quærit ſi conſtitutio epiſcopi monet executores ꝙ exequantur ĩ. annum à tempore mortis teſtatoris.an iſte annus currat ignoranti. Bald.plene de his in dict.l.id quod pauperibus.

Nota quod ſi vnus notarius incipit facere inuentarium, quod alius non poteſt ipſum explere.de hoc eſt glo.in auth.de hęred.& fal.§.ſi vero abſunt. circa princip.

Nota ꝙ ſunt plures leges quæ videntur dicere de his qui tenẽtur facere inuentarium: coniungendo tamen ad aliquas glo.ſuas,& primo de tutore rerum generali non dubitatur, l.tutores & curatores, C.de admi.tuto.Item epiſcopus & œconomus,l.nulli.C.de epiſ.& cle.Item curator datus bonis, l.1.§.curator.ff.de ven in poſſeſ.mit.Item miſſus in poſſeſſionem,de quo in l.fin.ff.de bon.auth.iud.poſſi.Item ille qui vadit ad bona delata fiſco l.fi de bon.vacan.lib.10. Item in bonis proſcriptorum, l.ſi quis intra.C.de bonis proſcrip.Item hæres qui vult adire hæreditatem cum beneficio inuentarii, l.ſcimus.C.de iure deliberandi. Item eccleſia ad quam deuoluũtur bona captiui,cuius redemptionem neglexere ſui liberi,vt in Auth.n.vt cum de ap. cogn.§.ſin autem per liberorum.Item orphanotrophus,i.rector hoſpitalis, vt C.de epiſ.& cle.l.orphanotrophus.

Quid ſi eccleſia adit hæreditatem ſine beneficio inuentarii,an teneatur vltra vires hæreditarias.Bal.in auth.ſicut alienatio.C.de ſacro ſan.eccl.

Nota ꝙ fiſcus vel alius vtens iure fiſci non tenetur facere inuentarium, quia non tenetur vltra vires hęreditarias,Bar.in l.1.§.an bona. de iure fiſc.

An pendente tempore confectionis inuentarii, hæres nihilominus [illegible] conueniri actione in rem,no.in l.pe.in fi.ff.de n[illegible]

An per non confectionem inuentarii hære[illegible] falcidiam. Barto. in l. Marcellus. ad Trebe[illegible]

inuentarii hæres teneatur vltra vires hæreditarias. Barto.in l.in ratione.§.quod vulgo.ad l.Falei.& l.cum tale.§.Titius.de condi.& demonſt. Item an per omisſionem inuentarii filius perdat legitimam, not.in l.fi.§ licentia.de iure delibe.

Pone,aliquis fecit inuentarium, & dicit ſe eſſe hæredem cũ beneficio inuentarii:fit ibi poſitio,ꝙ tales res ſint hæreditariæ,ipſe negat, poſtea probatur contra ipſum:an ipſe amittet in totum beneficium inuentarii,an uerò priuatur ſolum illis rebus.Bar.in l.Paulus reſpondit ad l.Fal.

Si pupillus faciat inuentarium,an hoc ſufficiat ſubſtituto ipſi pupillo,ut nõ habeat neceſſe aliud facere.Item quæ bona debet ponere ſubſtitutus pupillo.Item quid ſi inſtitutus in primo gradu fecit inuentarium,poſtea abſtinuit.Item ſi tutor fecit inuentarium pro pupillo. Bart.de hoc plene in l.in ratione.§.quod vulgo.& §.ſeq.ad leg.falcid.

Statuto cauetur ꝙ vtens inſtrumento in quo filius ſit obligatus ſine conſenſu patris,puniatur in centum : pone factum eſt inſtrumentum,in quo filius eſt obligatus ſine conſenſu patris,& itẽ alius correus: iſte vtitur inſtrumento contra alium,nunquid incidat in pœnam, Iacob.Butr.ꝙ ſic : Bald. contra in l.eo quod à multis.C.ſi cert.pe.

Producitur inſtrumentum coram iudice,pars contra quam producitur, lacerat ipſum taliter ꝙ non poteſt videri creditum, quid fiet.Sol.ſtatur iuramento partis producentis : & etiam ille punitur extr.ordinem, quando propter ſuperbiam & ex animi indignitate lacerat.not.Io.An.in nouella in c.accepimus.de fide inſtru.

Si reperiatur inſtrumentum penes aduerſarium, & cogatur ad edendũ, & reperiatur aliqua raſura,non per hoc derogatur fidei inſtrumenti,etiam ſi ſit in loco ſuſpecto, quia non præſumitur factum ab eo ad quem pertinet, nec eius mandato:vt notant Hoſtien.& Ioan. An.in dicto c.ſi autem litera eſſet obſcura taliter quod nullus ſanus intellectus percipi poſſet, tunc non crederetur.

Item ſi ſtatutum dicit,ꝙ ſufficit quælibet probatio,intelligitur de probatione ſufficienti & legitima,not gloſſ.in l.1.C.de fide inſtr.& ibi Bal.

Quid ſi creditor contaminauit ſeu concremauit iracundia inſtrumentũ, an perdat ius crediti ? Bald. quod non, ſed clarius probare tenetur per teſtes. hoc enim caſu defertur ſacramentum defectu probationis, præſertim in facto antiquo.Bald.in l.1.C.de fide inſtru.& l.cenſus.ff. de proba.ibi,manifeſtis,&c.

* Quando dicatur inſtrumentum confici,Angelus in l.ſi quis.§.ſi naufragio. de eden.

An in inſtrumentis debeat inferi locus generalis,vel ſpecialis, Bald.in l. contractus.de fide inſtru.

Qualiter probetur amisſio inſtrumẽti,Bal.in l.& quæ à diuo.C.de eden. in fine.Ang.in l.ſi quis ex argentariis.§.prætor.eo.ti.

Quod dicatur originale. Bal.in l.publicati.C. de teſtam.& quod no.in l. 2.ff.de fide inſtrum.

An appellatione inſtrumentorum contineantur teſtes,Bal.in l.ſi ex falſis. C.de tran.& Bal.in dicta l.1.de iura.cal.

Quod ſi notarius aliquid exemplificat ab originali,& ibi ſit aliquid ꝙ nõ intelligat,debet ponere prout ſtat.Bal in l.1.de excu.tuto.

Si reperiatur inſtrumentum publicum,ſed nõ reperiatur imbreuiatura, an puniatur tabellio,Bal.in rub.de fide inſtru.verſi.quæro dixi.

An inſtrumentum debeat edi cum nominibus teſtium deſcriptorum in eo,& cum nomine tabellionis, Albe.in l.non ex omnibus.de arbi.& in Spe. de teſte.§.qualiter.

Si aliquis habet inſtrumentum magnæ ſummæ,& non audet ſecum portare propter pericula, & petit ꝙ iudex mittat ad locum vbi eſt dictum inſtrumentum ad inſpiciendum,ꝙ hoc poteſt facere,Cyn.& Alberic.in l.iudices.C.de fide inſtrum.

An inſtrumenta poſſint produci poſtquam eſt concluſum in cauſa.Bald. in l.1.C.de condi.indeb.do.Richar.de Sali.in l.ſi ea.C.qui acc.non poſ.Bar. in l.mancipiorum. de optio.legat. dummodo ſit ſaluum ius aduerſario.fac. clem.ſæpe.de verbo.ſign.

Quot requirantur ad hoc ꝙ inſtrumentum ſit publicum, Bal.in l.1.§.editiones.de eden.& l.generaliter.de tabulariis.

Producitur inſtrumentum,ſed negatur inſtrumentum,ſeu dicitur,ꝙ ſcriptor non eſt tabellio.de hoc per Bald in Auth.ſed nouo iure.C. ſi cer.pe.& Cy.in l.comparationes.& auth.at ſi contractus.C.de fide inſtr.

Si producatur inſtrumentum procuræ, & dicitur producenti ꝙ non eſt ille de quo dicit inſtrumẽtum, Bal.in l.ſi qua per calumniam.de epiſ.& cle. & Ange.in l.ſi procuratorem abſentem.de procur.

An error vitiet ibidem per Bal. & in l.errore.C.de teſtam.de errore indictionis Alberi.C.de iuſti.codi.confir.§.igitur.Bar.in l.nominatim.de cõdit.& demon.& Bar.in dicto §.igitur.

Si petitur refici inſtrumentum, an ſufficiat allegare ſimpliciter amisſionem,Bal.in l.ſi quis.§.nec etiam.de eden.

Si vnus notarius legauit alii notario ſuas imbreuiaturas,an hẽat authoritatem eas explendi ſine commisſione. Bald.qđ non,in l. quædam §.nihil.de edendo.Bar.contra in l.ſi quis.§.1.ff.eo.tit.

An officium executoris tranſeat ad hæredem ſuum ipſo defuncto. Spec. in hoc tit.de inſtr.edit.§.nunc vero aliqua. verſi.inſuper quærendum eſt.

An iudex laicus poſſit ſe intromittere de relictis ad pias cauſas, Ange.ꝙ ſic in l.hæreditatis.de petitione hæredit.

An ſi hæres eſt rogatus reſtituere totam hæreditatem poſſit detrahere Trebellianicam.Bald.in Authen.ſed cum teſtator.C.ad l.Falcid.Ange.vbi ſuprà.

De inuentario notat Bald. in dicta l. finali.§. licentia. de iure deliberandi,& etiam in l.ſi vxor,de bon. aucto.iudic.poſſ.& l.filium.C. famil.erciſc. & l.1.& 2.C.de bon.auth.iudi.poſſ. Barto.in l. orphanotrophos.C.de epiſ. & cleri.

Nota circa materiam comparationis literarum, quòd notat Bald.in l.ſi, cum Auth.ibi poſita,ſi certum peta.vltra ea quæ ponit in l.comparationes, C.de fide inſtru.

[illegible]ſtrumentorum Bal.in l.publicat.C.de teſta.& Iacob. Butrig.in l.fin.de fide inſtru.

Si aliquis producit mandatum factum in longinquis partibus,& non habet niſi vnum, & habet neceſſe litigare cum multis perſonis, qualiter fiet, vide quod not. Bald.in authen. ſi quis in aliquo. de edendo. & Alberic. in l. fina. eodem titu.& l.inſtrumenta. de fideicommiſ.& ibi not. an procurator teneatur dare originale vel exemplum mandati ſui,& quod not.in cap.Alberi.de teſti.

Quis poteſt tabelliones creare,Bal.in l.nec ei.§.eorum. de adop.Alberi. in Rub.de fide inſtru.& l.præcipimus.C.de app.

Quid ſi tabellio ſtipulatur alicuius nomine, & ille non vult ſibi acquiri, an tabellio poſſit exigere pro ſe.Bal.vbi ſ.quod non.

An coram conſultore poſſint produci inſtrumenta & teſtes.Bal.in l.cum à nobis.de dilatio.& Bar.in l.reſcrip.de appel.

Quod dicatur originale,Bal in l.publicati.de teſta.diſtinguit.

Si duo tabelliones ſint in inſtrumẽto deſcripti,licet vnus ſit remotus ab officio,tamen inſtrumentum valet,Bal.in l.imperator de ſtatu hom.& Liubemus.de prob.C.& l.ſi quis ex argentariis.§.quod.ff.de eden.

Notarius qui ſcribit inſtrumenta vſuraria,& ſimulata,qua pœna puniatur, Bald.in Rub.C.res inter alios acta & Innocen.in capitu.nauiganti.de vſuris.

An valeat inſtrumentũ illius qui communiter tabellio reputatur,& uere non eſt.Bald.qđ non, in l.1.C.de teſta.& l.ad teſtium.§.conditio.ff.de teſta. & l.ſi arbiter.C. de ſenten.& interlo.om.iudi.per Bal. Alberi. etiam in l.cũ precibus.de proba.per Alberic.

* An tabellio qui ſemel edidit inſtrumentũ creditori, teneatur amplius edere,niſi creditor probet ſe caſu perdidiſſe,Alberi.in l. ſi quis ex arg. §. ſi initium ff.de eden.

An tabellio debeat cognoſcere contrahentes, Ioan. Andr.in Specul.de arti.exhiben. & teſtium product. vltra medium. Bartol. in l.4.ff. de teſtib, Bald.in l.fratris ſerui.aut dubium.de iure deliberan.Bald.in rubric.de fide inſtrumen.

Pono,producitur inſtrumentum publicum & ſolenne, ſed imbreuiatura non reperitur,an dabitur ei plena fides, Alberic.in l.contractus.C.de fide inſtrumen. Contrarium videtur quod notat Bald. in authenti.ſi quis in aliquo.C.de edend. vbi dicit, quod ſi inſtrumentum facit mentionem alterius inſtrumenti non probatur, niſi producatur originale. & ita ſi notarius extraxit ab imbreuiaturis alterius notarii non facit fidem, niſi imbreuiatura dicti notarii producatur. quod notat Cyn.in dicta authenti. ſi quis in aliquo.

Si interrogatus ſit quis an velit vti inſtrumento, qualiter debet reſpondere,Bal.in l.iudicatæ.C.ſi ex fal.inſtr.

An clericus poſſit conficere inſtrumenta. Bal.in l.ſeruus.de teſta. Inn.in c.ſicut.ne clerici vel monachi.

An notarius poſſit ſcribere inſtrumentum ſuæ procuræ, Bal.vbi ſ.fac.l. placet.de epiſc.& cleri.

Notarius falſo omiſit ponere aliquid in inſtrumento veritate comperta,an totum inſtrumentum reddatur falſum : an vero notarius debeat cogi ad id ſupplendum qđ falſo omiſit ſcribere.Bald.in l.quamuis.de fideicom, liber.

Nota ꝙ pro notario ſemper præſumitur,quod nunquam ſcripſit aliquid quod non ſit iniunctum per partes, & qđ non ſit ſcriptum de mandato eius qui mandauit vt ſcriberet, nec ꝙ exceſſerit fines mandati.Bald.in l.errore, C.de teſta.& l.1.C.de priui.dot.Bal.

De inſtrumento crediti reperto penes debitorem quid iuris, & an cogatur debitor reſpondere qua cauſa fuit cancellatum, Bal.in l.ad hæc.de latl. liber.tol.& no.in l poſtquam.& l. Labeo.de pac.

An tabellio poſſit corrigere errorem ſuum,Barto.in l.ſi librarius.de reg. iur.Bald.in l.imperator.de ſtatu homi.& an præſumatur error tabellionis, an partis:& an error poſſit probari per duos teſtes. Bal.in l.errore.de teſta, & de errore iudicis Alberic.C. de Iuſtiniano Codi. confir.§. igitur illuſtris, & quod no.Bal.in l.cum proponebatur.de leg.2.& l. ambiguitatem de teſtamen.

Si fratres minores hæredes inſtituantur, vel aliquid eis legetur, Bald,in minorica quam fecit,de quo Bald.in auth ingreſſi.& in auth.ſi qua. C.de ſacroſanc.eccl.etiam ponit de fratribus mendicantibus, & aliter dicit Bald, quàm Bar.

An producens inſtrumenta debeat dimittere originalia apud acta. Bal. in l.1.§.editiones.de edendo.diſtinguit an debeat edere cum die & conſule,& quid ſi dies ſolutionis non eſt clara ſine die inſtrumenti, an tũc debeat edi.nam non poteſt eſſe clarum de termino ſoluendi, niſi appareat de termino promisſionis cùm forte moneta ſit mutata. nam iſtis caſibus dies eſt inſeparabilis à ſumma,& a quantitate.hoc idem tenet Guliel.& Spec.in ti, de inſtr.edi.§.nunc videndum eſt.de inſtr.edi.Bald.in dicto §. editiones, ibi iuxta hoc reuoco.& ibi, vltimò quæro.

An inſtrumentum quod editur iudici,debeat edi parti.Bal.vbi ſ.

* De iſtis executoribus notat plenè Bald. & Alberic. in l. id quod pauperibus.de epiſcop.& cler.& l.nulli.eodem titu.no.aliquid in l. poſt mortem, de fideicomm.& in l.conuenticula de epiſcop.& cleric Specu.in tit, de inſtrum.edi.§.nunc verò aliqua.& l.cum magiſtratibus.C.quando prouo.nõ eſt nec.

¶ Baldus de inſtrumentorum editione,

¶ TABELLIO æquiualet teſti rogato, quia debet eſſe rogatus, §. breuiter.verſicul.ſed pone. vide infra,§.tabel,& ſupra de teſte,§,an de conſuetudine. ¶ An tutor agens,teneatur producere inuentarium,ff.ad leg. Falcid.l. maritus. per Ia. ¶ Inſtrumentum eſt ſolennis & ritè ordinata ſcriptura per authenticæ perſonæ manum confecta ad memoriam rei geſtæ, ff. de pignor. l. contrahitur. G. ¶ Inſtrumentum quandoque continet probationem rei,quandoque eſſentiam rei & probationem: & quandoque

eſſentiam, & non probationem. Aut enim fit inſtrumentum ad probandum,& tunc continet probationem,non eſſentiam:aut ad contrahendum, & tunc ſi eſt publicum, continet probationem & eſſentiam:ſi priuatũ,cõtinet eſſentiam, & non probationem : facit ff.de pact.l.Labeo.ff.de pigno. l.cum tabernã.§.1.C.de fid.inſt.l.contractus.ff.de actio.& obl.nõ figura.ff. de reg.iu.l.exigere dotem.cum ſimi.Bal.vide circa hoc §.nũc vidẽdũ. uer. 3.s̃.tit.1. ¶ Quot ſint de ſolennitate publici inſtrumenti:& qualiter colligat̃ indictio,in §.breuiter poſt annos domini.G. ¶ Suſpicio, quæ naſcitur ex forma inſtrumenti,vitiat probationẽ,ſecus ſi q̨a clam factũ ver.& ſcias. G. ¶ Tabellio licet fuerit præſens,non poteſt conficere inſtrumentum, niſi fuerit rogatus ſcribere.uer.ſed pone.G.vide s̃.§.1.j̃.§.i eo.& hic in §.breuiter.ver.vtrum cõfitendo. ¶ An notarius teneatur ſæpius edere inſtrumentum?dic,ꝙ nõ:niſi caſu probato,ſaltem ꝑ iuramentum,§.poſtquã.ver.ſed nunquid.G.C.de diſcuſſorib.l.nec caſu.li.x.ff.de eden.l.ſi q̨s ex argentarijs. §.fi.ff.de bo.auctori.iu.poſsid.l.fi.Bal.ver.vbi autẽ.vide j̃.§.ſi creditor.& §.primũ.In eo,qđ pendet ex communi ꝯſenſu,notarius dẽt eſſe ab vtraque ꝑte rogatus:ſecus i eo,quod ꝯtinet factum vnius tantũ,vt in ꝓteſtatiõe,teſtamẽto,& ſimilibus:not.in auth. de tabel.§.nos autem.ver.ſed nunq̨ d eſt, G.& §.poſtq̃.ver.vbi autem inſtrumentũ.G. ¶ Sic creditor petit ſibi refici inſtr̃m admittit̃ exceptio debitoris de ſolutiõe: & nõ fit refectio, ver.q̨ d ſi fortè.G .q̨a apparet,ꝙ petitur ꝑ calumniam,animo vexandi debitorẽ liberatum:& fuit ſic de facto conſultum ꝑ Ia.But.vide s̃.§.notarius. ¶ Non creditur exemplo ex ſola auctoritate notarij:quia nõ eſt hoc officiũ ſuum,cum nõ interfuerit facto.§.oſtenſo.ver.nõ tamẽ.G.Exẽplum vero, quod ſumit̃ ab ipſo eodẽ notario rogato,& extrahitur de protocollo,non eſt exemplũ, ſed originale:quia pertinet ad officium ſuum,cum fuerit originaliter rogatus,vt §.poſtquam.in prin.per G. & ff.de lega.2. Sempronius Procul. per Bar.vide s̃.an notarius.& §.inſtrumentum. ¶ Etiam ſubſcriptioni decem notariorũ in ſumpto ſine iudice nõ creditur,G,ver.ſed nunquid.G.quia approbare,vel improbare,eſt ſentẽtia,quæ pertinet ad iudicem,nõ ad tabellionem,ſecundum G.Et mortuo notario nõ p̃t alius notarius ꝓpria auctoritate complere rogationes,ẽt de cõſenſu partium,ver.illud quoq;. j̃. ver. & no.G. ¶ Vnum inſtrumentum cõpletur ex altero contiguo,§.ſi initium tabularum.ver.ꝙ ſi fortè.ff.de eden.G. ¶ Iudex non põt facere apponi ea, q̃ ſunt facti:ſed ea quæ ſunt iuris,ſic cum cã, verſi.ſi quid ſi abbreuiatur.& vide j̃.e.§.breuis.Quid operentur verba iſta,Et renunciauit,&c.dic, ꝙ ex conſuetudine tabellionis interpretabunt̃, ver.quid ergo.G. ¶ Quando inſtrumentum eſt falſum in eo,in quo notarius teſtificatur de viſu & præſentia:vt putà,quomodo actũ tali loco,& præſentibus talibus,tali die &c. totum inſtrumentum eſt falſum, verſ.item nota.G.Secus in alijs cõfeſsionib. ff.de le.3.l.patronus.§ j.Quid de libello & poſitionibus?vide s̃.de lit.cõ.§. 2.¶ Publicatio nõ valet ſine citatiõe partis,ver.qualiter.vbi dicit,ſe ſic ꝓnunciaſſe.G.Contrà videt̃ dicere gl.C.de reſtiu..l.geſta. Sed gl.poteſt intelligi,quãdo aduerſarius eſt p̃ſens,verſ.q̨d citatio. G. vel loquit̃ aduerſario tamen citato. Bal.Si aũt eſt inſtr̃m,quod aliquẽ ſpecialiter nõ lędit,ſufficit edictũ generale,ver.item ſi inſtrumentum.ſecundum G.¶ Item in exemplãdo inſtrumẽto procuratoris,n õ eſt neceſſaria citatio domini, nec requirit̃: quia videtur hoc mandatum:vel videtur iuxta mãdatum:ver.item qũo fiet.G.vide de hoc in auth.ſi quis in aliquo documẽto.C.de edend.& ibi.G. ¶ Subſcriptiones & ſigilla teſtium faciunt teſtamentũ valere:nõ tamẽ ꝓbant,ver.& nota,qđ teſtamẽta.G. ¶ Iudex poteſt aſsignare terminum peremptorium ad probandum, vel producendum inſtrumenta:poſt quem terminum non habebit locum productio,§.nunc dicamus,ver,licet autem.G. ff.de ferijs.l.eadẽ oratione.ar.C.de inge.man.l.diffamari.& hoc in ciuili,& in criminali,ff.de accuſ.l.cum Titia.Iſta autem termini aſsignatio eſt interlocutoria:& iõ põt mutari,corrigi & ꝓrogari,ff.de præt.ſtip.l.j.§.fi. Bal.vide s̃.de dil.§.pe. ¶ Ille q̨ appellat,debet ꝓducere appellationẽ corã iudice ad quẽ,& facere de ea fidem iudici,vt ſciat ſe iudicem. Parti ẽt dabitur copia:& ſi pars contra appellationẽ vult opponere peremptoriã exceptionẽ poteſt opponere:ſed diſputatio reſeruabitur poſt litis conteſtationẽ. Spe. dicit,ꝙ ante litis conteſtationẽ nõ debẽt inſtr̃a principalia edi parti,ſed iudici:qđ verum eſt ad impugnandum,ſed ad deliberandum ſic,ver. ſed pone.Sẽtẽtiã aũt habet neceſſe producere, ver.allegat.Inn.de fide inſtr.c.G. perpetuus,facit quod not,C.de erro.aduo.l.2.¶ Inſtrumentũ ẽt acceſsionis non editur ante litis cõteſtationẽ ad impugnandum,verſi.ſed quid,ecce,& vide j̃.e.§.dupliciter.G. ¶ Notarius,q̨ eſt rogatus ſcribere ſententiã nõ intelligitur teſtificari,niſi de prolatione ſententiæ,§.breuirer. ver.item in proceſsibus,G.Rationem vide j̃.e.§.notarius intelligitur & j̃.e.§.nõ dr̃ loqui. ¶ Vbi obligatio eliditur,remanẽt reliquiæ:ſecus vbi tollitur ipſo iure,§.poſtq̃.ver.item ſolutione.G.¶ Nota,ꝙ actus conficiendi rationes iterdum incidit obligationi,interdum mero officio. Primo caſu petitur editio ope actionis:ſecundo officio iudicis,ut not.C.de eden.l.j.in gl.ord.Bal. & refert,qualiter fiat,an quia argentarius,an ex natura pręcedentis cõtractus,vel quaſi,ſecundũ Cy.Priuata ſcriptura eſt duplex, vel quam quis cõficit ſibi tantum, vel quam ipſe ſibi & alij,§.nunc dicendum. verſi.priuatis. ¶ Scriptura campſoris facit ſemiplenã ꝓbationẽ,& cũ vno teſte plenã,§. dicendũ.ver.licet autem.¶ Inſtrumentum factum per illum,qui non eſt notarius,ſed tamen ex forma ſtatuti ei creditur, vbiq; poteſt produci ad fidẽ faciendam,§.reſtat.verſi.quid de his.G.& vide,quod no.ff.de edẽ.l.quædã. §.nummularios.in gl.ordi.j̃.e.§.cõſuetudo,& §.notarius creatus. ¶ Dupliciter quis vtitur inſtrumento, ſcilicet realiter ꝓducendo,& tunc ſemper debet edi aduerſario:& uerbaliter allegãdo in poſitionibus,vel libello,& tunc debet edi ad deliberandum,non ad diſputandum.ſ.ante litis conteſtationem.nam exceptiones peremptoriæ reſeruant̃ poſt litis cõteſtationem, ita intelligo uer.ꝙ ſi quis,& per Inn.de ꝓb,c.j. Teſtium uerò nomina quis nõ tenet̃ dicere aduerſario,ff.de arbit.l.nõ ex oĩbus.facit ff.vt leg.no.caue. l.poſtq̃.§.die.Bal,uide s̃.eo.§.ille qui appellat & j̃.§.periurium.Iſta reſponſio,Credo prout in inſtrumento continetur,eſt multiplex,non ſimplex,nec ſufficiens:quia non releuat à neceſsitate probandi:& idẽ ſi reſpondeatur libello,eodẽ uer.G.vide Inn.de exceptio.cum venerabilis.Cõtrarium dr̃ s̃, de teſte.§.ualet. ¶ Inſtrumentũ ꝓcurationis,uel contractus,nõ eſt de actis, licet ꝓductũ in iudicio:ſed productio eius eſt de actis,quia productio eius

